IOS. M. SCHNEIDT,

V. I. D. COM. PAL. CAES. CONS. AVL. WIRCEB. ET FVLDENS.
PANDECT. ET IVRIS FRANCONICI IN VNIVERSITATE
WIRCEBVRGENSI PROFESSORIS PVBL. ET ORD.

THESAVRVS IVRIS FRANCONICI.

Oder

Sammlung

theils gedruckter theils ungedruckter

Abhandlungen, Dissertationen,

Programmen, Gutachten, Gesätze,
Urkunden ꝛc. ꝛc.

welche das

Fränkische und besonders Hochfürstlich-Wirzburgische

Geistliche, Weltliche, Bürgerliche, Peinliche, Lehen-
Polizey- und Kameralrecht

erläutern ꝛc.

Des ersten Abschnittes Neuntes Heft.

Wirzburg,
Im Verlage der Franz Xaver Riennerischen privil.
Buchhandlung.
1787.

SECTIO I.
OPVSCVLVM XXII.

JOS. MARIA SCHNEIDT ETC.

DE JURE CONJUGUM IN EORUM BONA TAM COMMUNIA, QUAM PARTICULARIA, ET IN SPECIE DE JURE CONJUGIS CIRCA CONTRACTUS AB ALTERO CONJUGUM INITOS. *

INGRESSUS.

Jura Conjugis, quae tam in bona sua, quam alterius Conjugis exercere valet, accuratius perscrutantem, & diversa tempora, & varias leges, & multiplices ejusmodi bonorum species a se invicem probe

 distin-

* Hanc Dissertationem euulgauit Author Anno 1774. 13. Iulii, dum Clarissimo Domino Ioanni Adamo SCHÛRER, modo Episcopalis huiatis Consistorii & Vicariatus Consiliario Gradum Licentiatus ex V. I. conferret.

diſtinguere oportet. Dum ergo hanc materiam pro ſcopo hujus Diſſertationis aſſumpſi, hanc regulam ipſe ſequar, ſicque potiores difficultates, quas in foro deſuper occurrere quotidiana praxis demonſtrat, me breviter enodaturum confido. Sit ergo

SECTIO I.

DE VARIIS BONORUM CONJUGALIUM SPECIEBUS, ET JURE CONJUGUM IN ILLA JUXTA JUS ROMANUM.

§. I.

Per nuptias tantum, vel connubium legitimos fieri apud Romanos Conjuges, non eſt, quod fuſe demonſtrem, cùm notum ſit, quod, quamvis in ſenſu grammaticali, ſeu potius phyſico, connubium, conjugium, nuptiae, matrimonium, contubernium, pro ſynonimis habeantur, ea tamen quoad modum tam contrahendi, quam ſubjectum, & effectus inter ſe vel maxime differant *a*). Nuptias ipſas autem duplicis

a) Nuptias celebrabant, Jusque connubii habebant ſoli Cives Romani: in matrimonio erant Peregrini: in contubernio ſervi vivebant. Hinc eſt, quod nuptiae vocentur juſtum matrimonium, vel Jus legitimi matrimonii. SERVIUS ad VIRGIL. Aeneid. I. v. 77. Matrimonia econtra pro conjunctione Jure Civili injuſta accipiebantur. L. 13. §. 1. ff. ad L. Jul. de Adult. Itaque

cis fuisse speciei, ex eo patet, quod aliae fierent per Conventionem in manum, aliae sine hac Conventione; Et inde est, quod nuptiarum duplex occurrat definitio, una Juris antiqui in Digestis, Authore Modestino; altera Juris novioris in Institutionibus Justiniani. Illa nuptias dicit esse *conjunctionem maris & foeminae, consortium omnis vitae, Divini & humani Juris communicationem; b)* haec *Viri & mulieris conjunctionem, individuam vitae consuetudinem continentem. c)*

que Connubia gaudebant effectibus civilibus: Matrimonia Peregrinorum effectibus Juris Gentium: Servorum Contubernia ne his quidem. Hinc e Cive Romano & Peregrina nati *Hybredae* vocabantur, ex Contubernio vero procreati erant ἀπάτορες. Nulla erat Servorum cognatio, nisi quod ea honestatis causa in contubernio spectaretur: Nulla inter eos adulterii persecutio. L. 23. C. ad L. Jul. de Adult. L. 6. ff. eod. Imo nec parricidium proprie dictum. L. 12. §. ult. ff. de Accusat. & Inscript. Quid? quod ejusmodi contubernia ad nutum dominorum essent dissolubilia. Conf. Gundlingius in Gundlingianis P. 2. Obs. 10. §. 13. seqq. D'Arnay in Tractatu de Vita privata Romanorum Cap. 5. Item Memoires de l'Academie Royale des Inscriptions & belles Lettres Tom. 1.

b) L. 1. ff. de Rit. nupt.

c) §. 1. Inst. de patr. Potest.

§. II.

Ex diversis hisce Nuptiarnm divisionibus diversi etiam prodeunt effectus. Sic Heineccius *d*) demonstrat, 1) quod uxor in manum conveniens facta fuerit materfamilias, filiaeque loco haberetur, adeoque esset haeres sua. *e*) Inde 2) axioma: Quae honeste filiarum loco esse non possunt, cum iis nec nuptiae sunt. 3) Talis uxor patria potestate liberata in viri potestatem transiit. *f*) 4) Quidquid acquirebat uxor, marito adquirebat, & ea dotis nomine possidebat maritus. *g*) 5) Hinc Matresfamilias peculium habebant tanquam filiae. *h*) 6) Mariti tanquam Judices

d) In Antiquit. Roman. ad Tit. 10. Lib. 1. Inst. §. 6. & seqq.

e) Dionys. Halicar. Hist. Rom. 2. p. 95. *Mulierem nuptam, quae juxta leges sacras convenerat cum viro, Romulus participem esse voluit omnium bonorum & sacrorum.* Inde ex Pariatore LL. Mos. & Roman. Tit. XVI. patet, *sororis loco liberis fuisse matrem aut novercam, quae per in manum conventionem apud Patrem eorum Jus filiae consecuta sit.*

f) Anton. Hottomannus de ritu nuptiarum XX. p. 298. quem contra Thomasium defendit Heineccius loc. cit.

g) Cicero Top. IV. Omnia, quae ejus erant, viri fiebant dotis nomine. Unde Terent. Andr. I. 5. *Te isti virum do amicum, tutorem, patrem: Bona nostra haec tibi committo, & tuae mando fidei, hanc mihi in manum dat.*

h) Plaut. Casin. II. 2. 26.

dices de uxorem criminibus cognoſcebant. *i*) Quando autem uxor in manum non conveniſſet, ſcilicet ſi nec confarreatio, nec coemtio, nec uſus acceſſiſſet, uxor non fiebat materfamilias, ſed matrona, & hinc nec filia, nec haeres ſua efficiebatur, neque omnia uxoris bona dotis nomine accipiebat maritus, *k*) ſed quoad ſucceſſionem ſolo Edicto Praetorio: Unde vir & uxor, gaudebat.

§. III.

---

i) Sic maritos Jus vitae & necis in uxores adulteras, vinoſas, aliisque ſe ſceleribus polluentes exercuiſſe teſtatur HALICAR. II. p. 96. GELLIUS Noct. Attic. II. 23. Exempla profert PLINIUS Hiſtor. natur. XIV. 13. *Non licebat vinum foeminis Romae bibere: Inveniemus inter exempla Egnatii Mecenii uxorem, quod vinum bibiſſet e dolio, interfectam fuiſſe a marito, eumque caedis a Romulo abſolutum. Fabius Pictor in annalibus ſuis ſcripſit: Matronam, quod loculos, in quibus erant claves cellae vinariae, reſignaviſſet, a ſuis inedia mori coactam. Cato ideo propinquos foeminis oſculum dare permiſit, ut ſcirent, an temetum olerent. Hoc tum nomen vino erat, unde & temulentia appellata. Cn. Domitius Judex pronunciavit, mulierem videri plus vini bibiſſe, quam valetudinis cauſa viro inſciente & dote multavit. Apud Agellium Cato in Oratore de Dote ſic ait: Vir, niſi cum divortium fecit, mulieri Judex, & pro cenſore eſt; Imperium, quod videtur, habet. Si quid perverſe, tetreque factum eſt a muliere, multatur, ſi vinum bibit, ſi cum alieno viro quid probri fecit, condemnatur.* Conf. SUETONIUM Tiber. XXXV. TACIT. Annal. II. 1. XIII. 32.

k) GELLIUS Noct. Attic. XVIII. 6.

§. III.

Quodſi jam in bona, quae conjuges in manum convenientes poſſidebant, eorumque ſpecies inquiramus, occurrunt 1) Bona, quae maritus in conjugium intulit. 2) Omnia bona, quae erant uxoris, & nunc dotis nomine ad maritum pertinerent. 3) Bona, quae ſtante conjugio a marito erant adquiſita, & denique 4) Ea bona, quae uxor adquiſivit, & nomine peculii veniebant.

Circa bona primae & tertiae ſpeciei Maritum plenum habuiſſe dominium, neque Juris quidquam uxori in ea competiiſſe, nullum ſubeſſe dubium autumo. Sicuti autem ſecunda ſpecies ſoluto conjugio dos eſſe ceſſabat, ſic equidem ſtante matrimonio in illa maritum dominium habuiſſe negari nequit, hoc tamen revocabile fuiſſe, ſoluto matrimonio, leges quamplurimae infra recenſendae teſtantur: cumque filiorum, filiarumque peculia ab initio unius eſſent generis, ſcilicet profectitia, certum itidem erit, maritum ſicuti liberis, ita & uxori peculium adimere, ſibique appropriare, ſeu potius interimiſticam illius adminiſtrationem in ſe recipere, eaque mulierem excludere potuiſſe *l*).

§. IV.

---

l) Sic Murrina apud Plaut. Caſin. II. 2. v. 25.

Ita eſt. Unde ea tibi eſt?

Nam peculii probam nihil habere addecet

Clam

§. IV.

Soluto ergo Matrimonio dos erat in regula restituenda; sicque dominium uxoris in illam reviviscebat. Patet hoc ex modo divortiendi, quem D'ARNAY m) & HEINECCIUS n) sic describunt: Actus divortiendi fiebat vel diffarreatione o), vel remancipatione p), vel non usu q); ordinarie in praesentia septem civium, r) pacta dotalia dilacerabantur, actusque divor-

Clam virum; & quod habet, partum ei haud commodum est.
Quin aut viro subtraxerit, aut stupro invenerit;
Hoc viri esse censeo omne, quidquid tuum est.

Inde mansit sequioribus adhuc temporibus, Conventione in manum licet cessante, nihilominus illa Regula Juris: Quidquid habet uxor, id mariti esse intelligitur. L. 51. ff. de Donat. int. vir. & uxor. & sequela, quod conjuges sibi invicem donare non possent. Tit. cit.

m) Tract. cit. de Vita privata Romanorum cap. 5.

n) Antiquit. Rom. in Append. ad L. I. §. 44. seqq.

o) FESTUS voce Diffarreatio. PLUTARCH. Quaest. Rom. Tom. 2. p. 276.

p) Jac. RAEVARD. de LL. XII. Tab. XXII. p. 99. seqq. FESTUS voce Remanicipatam.

q) GELL. Noct. Attic. III. 2. MACROB. Saturn. I. 3. si scilicet uxor nondum circumacto anno a viro trinoctium abfuisset.

r) L. 9. ff. de Divort. Barn. BRISSON. ad L. Jul. de Adult. XXVIII. p. 123.

tii protocollo Cenſorum inſcribebatur *s*): vir uxori claves ei die nuptiali traditas adimebat *t*), verba ſolennia: Res tuas tibi habeto &c. ſa liberto pronuntiabantur *u*), vel abſenti uxori libellus mittebatur *x*), deinde maritus reddebat innocenti uxori dotem. Quodſi nocens eſſet, non tamen adulterii rea, pro quovis liberorum ſextam dotis partem retinebat: ob adulterium autem dimiſſa & dotem & dona nuptialia amittebat, etſi improlis eſſet *y*). Sed ſi bona gratia a ſe invicem diſcederent conjuges, uxor non ſolum dotem recipiebat, ſed & dona & munera a marito facta lucrabatur *z*). Quodſi vero ſine ulla cauſa maritus ab uxore divortiret, ROMULUS, teſte PLUTARCHO, ſanxerat, ut ejus bona partim cederent uxori, partim Ce-

---

s) TACIT. Annal. XI. 30. Scholiaſtes JUVENALIS ad ſatyr. IX. verſ. 75.

t) CICERO Phil. II. 28. Petr. VICTOR. var. Lect. II. 2. Barn. BRISSON. de Ritu nuptiarum p. 232.

u) CICERO de Orat. I. 40. Adde L. 2. §. 1. ff. de Divort. Barn. BRISSON. De formul. VIII. p. 722. Adde L. 9. ff. de Divort. & JUVENAL. Satyr. v. 145.

x) L. 7. ff. De V. S. L. 6. Cod. de Repud.

y) D'ARNAY l. cit.

z) Unde OVIDIUS de remed. amoris v. 669.

Tutius eſt, aptumque magis diſcedere pace
Quam petere a thalamis litigioſa fora:
Munera, quae dederas, habeat ſine lite jubeto,
Eſſe ſolent magno damna minora malo.

Cereri ſacra eſſent *a*). Nullus autem dubito, quin haec omnia tantum ad connubium divortio ſolutum pertineant: Soluto enim per mortem mariti matrimonio uxorem vel partem, vel totam haereditatem ut filiam accepiſſe, ſoluto vero per mortem uxoris conjugio, maritum ut filiae haeredem omnia retinuiſſe mihi notio Conventionis in manum probabile reddit.

§. V.

Ex dictis prono alveo fluere videtur, maritum in bonis uxoris in manum convenientis omne Jus, uxorem vero neque in ſuis, neque in illis mariti aliquod Jus habuiſſe, excepto ſolo caſu dotis ob divortium ſine cauſa factum, vel totius, vel pro parte, & interdum cum augmento reſtituendae.

§. VI.

Vidimus hactenus Jura Nuptiarum per Conventionem in manum initarum, ſupereſt, ut ea, quae in Nuptiis ſine Conventione occurrunt, indagemus; & tunc id obtinuiſſe autumo, quod in Legibus Corpori Juris Civilis inſertis definitum legitur. Videamus ergo, quot ſpecies bonorum conjugalium occurrant.

Reſpectu uxoris Romanae primario in cenſum veniunt I. Bona dotalia. II. Augmentum dotis. III. Bona paraphernalia. IV. Bona receptitia. V. Bo-

---

a) Plutarch. in Vita Romuli p. 39.

Bona in donationem propter nuptias deſtinata. VI. Dona nuptialia. VII. Dona a ſponſo ſponſae collata. VIII. Dona a marito uxori ſtante matrimonio data.

§. VII.

Reſpectu mariti conſiderantur I. Ejus bona in matrimonium illata, II. Bona ab uxore in dotem accepta, III. Bona in donationem propter nuptias aſſignata, IV. Dona a ſponſa ſibi ut ſponſo collata, V. Dona ab uxore ſibi ut marito durante matrimonio data *b*). Conſideremus ſingula ſingillatim, & mutua deducemus Jura.

§. VIII.

I. Bona Dotalia.

Dos, quatenus ſignificat bona dotalia, eſt juxta idioma Legum Romanarum pecunia, quae viro datur, ad ferenda onera matrimonii *c*). Haec ſi a patre detur; *profectitia*, ſi ab uxore ipſa, vel aliunde conſtituta, *adventitia* appellatur *d*). Dividebant etiam dotem in *datam*, *dictam* & *promiſſam* *e*). Hodie autem

---

b) Addi his deberent bona durante matrimonio acquiſita, de quibus tamen jam ſupra dictum, ea pleno jure ad maritum pertinere. Vid. §. IV. not. a.

c) L. 7. pr. L. 56. §. 1. L. 76. ff. & L. 20. Cod. de Jure Dotium.

d) L. 5. pr. & §. 11. ff. eod.

e) Ulp. Frag. Tit. 11. §. 20.

tem vel *promiſſa* vel *tradita* eſt *f*): quae poſterior *numerata* vocatur: prior vero *cauta* dicitur, ſi maritus ſpe numerationis ſuper dote promiſſa, non vero actu numerata apocham dederit *g*). Utilior quoad praeſentis quaeſtionis ſtatum eſt diviſio Dotis in *aeſtimatam*, & *inaeſtimatam*. Dos aeſtimatò data, vel taxationis vel venditionis cauſa aeſtimationem annexam habet. In priori caſu res in ſpecie eſt reddenda, ſed tamen, ſiquid deterius factum, non alio pretio, quam quo aeſtimata, repoſci poteſt *h*). In poſteriore caſu, qui & tacite in omni re fungibili in dotem data occurrit *i*), ſpecies reſtituenda haud venit, ſed aeſtimatio *k*).

§. XI.

Ex his definitionibus ſequentia eruere licebit axiomata:

I. Dotis aeſtimatò, & quidem venditionis cauſa datae plenarium dominium ad maritum tranſit *l*).

Cor. Hujus ergo dotis caſum ſentiet maritus.

II.

---

f) L. 1. & 6. C. de Dote promiſſ. L. 13. §. 2. ff. de fund. dot.

g) Tit. Cod. de Dote cauta, non numerata.

h) L. 69. §. 7. ff. L. 21. C. de Jur. dot. L. 50. ff. ſolut. matr.

i) L. 42. ff. de Jur. dot.

k) L. 10. pr. ff. de Jur. dot.

l) L. 10. ff. pr. ff. de Jur. Dot.

II. Dotis inaeſtimatò, vel aeſtimatò ſed taxationis gratia datae plenum dominium penes maritum non eſt, ſed valde limitatum *m*). Sic quamvis maritus dicatur Dominus dotis *n*), quamvis fructus ordinarios conſtante matrimonio perceptos ſuos faciat. L. 7. pr. §. 1. L. 10. §. 3. ff. L. 20. C. de Jure dot. quamvis res dotales fungibiles, etiamſi ſervando ſervari poſſint, ac inaeſtimatò datae ſint, pro libitu alienare queat, neque uxor eas ideo, quod non conſenſerit, vel quod maritus poſtea ſolvendo non fiat, revocare queat *o*), quamvis marito competat rei dotalis amiſſae vindicatio *p*), actio furti *q*), actio Legis Aquiliae, vel injuriarum *r*). Nihilominus tamen uxor etiam Domina vocatur *s*): Uxor, vel alius, ad quem dos reverſura eſt, eam a quovis alieno poſſeſſore vindicare po-

---

m) L. 21. C. de fund. dotal.

n) Pr. Inſt. Quib. alien. lic. L. 13. §. 2. ff. de fund. Dotal. L. 23. & 30. C. de Jur. Dot.

o) Arg. pr. Inſt. cit. L. 62. ff. ſolut. matr. Cui non obſtat L. 22. C. de adm. Tut. utpote quae de Tutore a marito diverſiſſima Jura habente agit.

p) L. 9. C. de rei Vind.

q) L. 49. in fin. ff. de furt.

r) L. 18. §. 1. ff. Solut. matr.

s) L. 75. ff. de Jur. Dot. verb. *Mulieris tamen eſt*. L. 30. C. verb. *In ejus permanſit dominio*. Adde L. 3. §. 5. ff. de minor. L. 16. ff. de Religioſ. & Sumt. fun. L. 14. ff. ad L. Falcid. L. 1. C. de Dote cauta. Nov. 61. L. 4. de Collat. L. 9. §. 3. ff. de Jur. Dot.

poteſt *t*). Uxor fructus extraordinarios conſtante matrimonio perceptos ſuos facit *u*). Omne periculum & interius rei dotalis ad uxorem tanquam Dominam pertinet *x*), & maritus fundum totalem, ſeu quamlibet rem immobilem inaeſtimatò datam per L. Juliam, invita uxore, alienare prohibetur, & ne quidem ea conſentiente oppignorare poteſt *y*). Quod Justinianus eo extendit, ut maritus nequidem conſentiente uxore, nec haec conſentiente marito, rem dotalem immobilem alienare *z*), nec ſervitutes, vel alia jura remittere, nec onera praedio dotali imponere *a*), nec uſucapiendi conditionem alii concedere poſſit *b*). Imo & maritus contra naturam pleni dominii culpam levem in concreto de re dotali praeſtare tenetur *c*). Ex quibus ſponte ſua ſequitur, ex neu-

trius

t) L. 3. C. de Rei Vind.

u) L. 7. §. 12. ff. Solut. matr. L. 10. §. 2. ff. de Jur. dot.

x) L. 9. C. de pign. act. L. 23. ff. de Reg. Juris. L. 24. §. Si maritus ff. Solut. matr.

y) L. 1. §. 1. L. 2. ff. de Fund. dot. L. 1. C. de Fund. dot. pr. Inſt. Quib. alien. licet.

z) L. un. §. 15. C. de Rei uxor. act.

a) L. 5. ff. de Fund. dot.

b) Pr. Inſt. Quibus alien. licet. Hodie alienatio rei dotalis immobilis cum conſenſu uxoris, vel ejus, ad quem reverſura eſt, fieri poſſe videtur. Frek. Lib. 1. Tit. 45. n. 11., modo uxor majorennis ſit. Quod tamen Judicis arbitrio, & uſui forenſi relinquendum puto.

c) L. 17. pr. ff. de Jur. dot.

trius parte plenarium esse dominium, sed utrinque a legibus limitatum, sicque illam distinctionem, qua Authores has difficultates tollere student, inter dominium civile & naturale, sive dominium quiescens, potius terminologiam, quam realitatem aliquam sapere. Dicamus ergo adesse hic speciem alicujus Dominii minus pleni, cujus limites Leges praefixere, & quas Judicem sequi oportet. In dubio autem ob insignem dotium favorem potius pro dominio uxoris, quam mariti judicandum; quoad administrationem autem tamdiu, quamdiu uxori in aliis bonis mariti adhuc est securitas *d*), pro marito standum erit.

§. X.

Augmentum Dotis.

Hoc Jure Romano est, quando vel ille, qui dotem dat, aliquid ultra promissam quantitatem addit, vel alius novam dotem constituit, vel qui dotem accepit, plus se accepisse, & sibi ipsi in dotem datum esse, fatetur, quam accepit *e*). Cum jam totum dotis fundamentum in eo consistat, quod detur ad ferenda onera matrimonii, parum autem intersit, an ante, vel durante matrimonio, ad hunc finem quid conferatur: non erravero, si dicam, ea, quae Juris sunt

d) Arg. L. 30. C. de Jur. dot.

e) L. 2. C. de Dot. caut. L. 4. ff. de Jur. Dot. Nov. 22. c. 31.

ſunt *in dote*, etiam in *illius* augmento locum habere, dummodo non propter privilegium praelationis, doti conceſſum in praejudicium fiat creditorum, ſicque circumventionis abſit ſuſpicio *f*). Inde & augmentum ſoluto matrimonio cum ipſa dote reſtituendum venit *g*).

§. XI.

Bona Paraphernalia.

Naturam bonorum paraphernalium optime explicat ULPIANUS *h*), dum ſic ait:

„ Caeterum ſi res dentur in ea, quae Graeci „ παράφερνα dicunt, quaeque Galli peculium appel- „ lant, videamus, an ſtatim efficiuntur mariti? & „ putem, ſi ſic dentur, ut fiant, effici mariti: & „ cum diſtractum fuerit matrimonium, non vin- „ dicari oportet, ſed condici, nec dotis actione pe- „ ti, ut Divus MARCUS & Imperator noſter cum pa- „ tre reſcripſerunt; Plane ſi rerum libellus marito „ detur, ut Romae vulgo fieri videmus. Nam mu- „ lier res, quas ſolet in uſu habere in domo mariti, „ neque in dotem dat, in libellum ſolet conferre, „ eumque libellum marito afferre, ut is ſubſcribat, „ quaſi res acceperit, & velut chirographum ejus

„ uxor

---

f) Nov. 97. c. 2.

g) L. 26. §. 2. ff. de Pact. dot.

h) L. 9. §. 3. ff. de Jur. dot.

„ uxor retinet, res quae libello continentur, in do-
„ mum ejus se intulisse, hae igitur res an mariti
„ fiant, videamus, & non puto, non quod non ei
„ traduntur, quid enim interest, inferantur volente
„ eo domum ejus, an ei tradantur? sed quia non pu-
„ to hoc agi inter virum & uxorem, ut dominium
„ ad eum transferatur, sed magis, ut certum sit, in
„ domum ejus illata, ne, si quandoque separatio fiat,
„ negetur, & plerumque custodiam earum maritus
„ repromittit, nisi mulieri commissae sint, videbi-
„ mus harum rerum nomine, si non reddantur,
„ utrum rerum amotarum, an depositi, an mandati
„ agere possit? & si custodia marito committitur, de-
„ positi vel mandati agere poterit, si minus, agetur
„ rerum amotarum, si animo amoventis maritus eas
„ retineat; aut ad exhibendum, si non amovere eas
„ connisus est.

Ex his ergo, nec non ex aliis Legibus patet, in bonis paraphernalibus marito administrationem, sed nonnisi volente, & connivente uxore *i*) concedi, prout & uxori rationes reddere, culpamque praestare tenetur *k*); adeoque nullam dominii speciem, nec usumfructum de Jure habet maritus: uxor econtra respectu horum hypotheca tacita gaudet, si non ex-
tent

---

i) L. 8. & 11. Cod. de Pact. convent.

k) L. 11. cit. & L. penult. p. ff. ad L. Falc.

tent bona, quodsi extent, ut domina vindicabit, nisi pacto speciali ea mariti esse voluerit *l*).

§. XII.

Bona Receptitia.

Bona, quae nec in dotem data, nec uti paraphernalia in domum illata, vel si illata sint, speciali pacto tanquam pro non illatis declarata sunt, Receptitia appellantur. Et de his nullum supererit dubium ea in plenissimo uxoris dominio remanere, quamvis non negem, maritum in utilitatem uxoris super ejusmodi bonis etiam sine Mandato expresso negotiorum gestoris adinstar utiliter agere posse.

§. XIII.

Quaenam autem bona in dubio esse praesumantur, an dotalia, an paraphernalia, an receptitia? ex generali praesumptionum regula dijudicandum arbitror. Cum enim in dubio id praesumendum sit, quod per se subsistit, & ad suum esse speciale pactum non desiderat; jam autem dos destinationem ad onera matrimonii sustinenda requirat; Bona autem receptitia speciali indigeant exceptione, patebit, bona in dubio paraphernalia praesumenda esse.

l) L. 9. §. 3. in pr. ff. de Jur. dot.

§. XIV.

Bona a marito in donationem propter nuptias destinata.

Quid Donatio propter nuptias significet, Authores inter se non consentiunt, & ipse HEINECCIUS a se ipso vel dissentit, vel sententiam mutavit: audiamus ergo illum secum ipso certantem, qui in Elementis Juris Civilis juxta ordinem Pandectarum *m*) sic ait:

„ Donatio propter nuptias (olim ἀντιφέρνη, quia „ nonnisi ante nuptias fieri poterat, cum hodie & „ constante matrimonio fieri atque augeri possit) Jure „ Romano, est donatio a sponso vel marito sponsae „ uvorive facta in securitatem dotis *n*); inprimis „ facta ob frequentiam divortiorum, & quia fide-„ jussores pro dote non admittebantur. *o*)

Ex qua definitione deinde infert:

„ Cum ergo in securitatem dotis detur, facile „ patet, eam tum quoad quantitatem, tum quoad „ leges, vel conditiones doti per omnia aequalem „ esse debere *p*). Constante matrimonio nec posses-„ sio-

m) Edit. primae de anno 1728. sub Tit. de Jur. dotium §. 193.

n) §. 3. Inst. de Donat. L. ult. C. de Donat. ante nupt.

o) Inst. §. 877. L. 1. 2. C. de fidejuss. dot.

p) D. L. ult. Nov. 97.

„ ſionem, nec dominium, nec uſumfructum rei do-
„ natae ad uxorem tranſire, ſed tantum Jus pigno-
„ ris. *q*)

E contrario in Diſſertatione, quam ſub ejusdem HEINECCII Praeſidio defendit Fridericus Sigismundus WIZLEBEN anno 1740. *r*), ſic habet:

„ Eſt igitur propter nuptias donatio pecunia,
„ quam vir, vel alter ejus nomine uxori ſuae conſti-
„ tuit, unde, ſi fuerit opus *s*), conſtante matrimo-
„ nio ſe, maritum & familiam poſſit alere.

Quam definitionem potiſſimum ex L. 29. Cod. de Jure dotium deducit: & Jus pignoris ex variis rationibus *t*) uxori in hac donatione negat, hosque illi effectus tribuit:

 „ 1)

q) L. 29. C. d. Jur. dot. Nov. 61. Cap. 2.

r) §. 11.

s) Scilicet ſi adhuc durante matrimonio maritus ad inopiam ſit deductus. L. 29. C. de Jure dotium.

t) Argumenta illius potiſſima haec ſunt:

„ Nullus in toto Jure Civili extat locus, qui aſſer-
„ tioni huic (ſcilicet uxorem in donatione propter
„ nuptias Jure pignoris gaudere) indubitatum ferat
„ ſuffragium; certe haec cautio ſuperflua videbitur re-
„ putanti, quod JUSTINIANUS in L. 12. C. Qui po-
„ tior in pign. uxoribus, dotium intuitu, tacitam
„ conceſſerit hypothecam in omnibus maritorum bo-
„ nis, ipſis quoque tempore anterioribus hypothecis
„ praeferendam. Idem tamen privilegium ad ante nu-

„ ptias

„ 1) Ad illa pericula declinanda, & ut mulieri-
„ ribus nubendi adderetur fiducia, viri, ex rebus suis
„ ut

„ ptias donationes minime extenditur, §. 2. cit. Le-
„ gis ratione ab Augusto adducta: Non enim pro lu-
„ cro fovemus mulieres, sed ne damnum patiantur,
„ suisque rebus defraudentur, curamus. Altum si-
„ lentium de pignore in securitatem dotis; hoc enim
„ si sustinuissent hae donationes, dotium quoque pri-
„ vilegia debuissent in illas transscribi, ipsis scilicet
„ dotibus profutura.

Recitata deinde L. 29. C. de Jure Dotium sic pergit:

„ Initio statim Imperator sanxit, uxores moto con-
„ cursu e bonis mariti, praeter dotem, & res pro an-
„ te nuptias donatione suppositas vindicare posse.
„ Quis autem creditori concederet, a quo in hoc ca-
„ su uxores haud differunt, ut hypothecam cum sorte
„ credita aufferret simul? alterutro enim illum opor-
„ tet esse contentum.

Et §. 22. concludit:

„ Sed finge, rem ita se habuisse, certe tunc uxor
„ utrumque servare non potuit in concursu; verum
„ obtento alterutro ab alterius abstinere petitione,
„ restituta enim dote hypotheca pro ista data talis esse
„ definit; liberatur enim pignus, sive solutum est
„ debitum, sive eo nomine satisfactum. L. 6. pr. ff.
„ Quib. mod. pign. vel hypoth. solv. L. 13. §. 2. de
„ Pignor. & Hypoth. Sed e. L. 29. C. de Jur. dot.
„ duplex isti vindicatur hypotheca, quarum priorem
„ dotis causa, ab uxore illatae ei, dederat maritus;
„ alte-

„ ut plurimum, certam illis designabant quantitatem „ bonorum, ex cujus istae reditibus caperent alimen- „ ta, marito praeter spem reliquis exuto facultati- „ bus, obve id inhabili porro ad prospiciendum fa- „ miliae suae & conjugi. Haec oblata uxori bona „ propter nuptias donationis nomine veniebant, ac „ Leges tribuerunt in eis potiora Jura mulieribus, „ nisi antiquiora forsan aliquis probare posset credi- „ tor. *u*) Exceptione itaque contra quemvis se tuta- „ batur, tempore posteriorem sibi, si horum bono- „ rum teneret jam possessionem; verum si hanc alius „ praeoccupasset, poterat expelli vindicationis actio- „ ne, ab uxore mota, licet ista dotem illatam, vel „ res pro ea suppositas jam fuerit consecuta.

„ 2) Quamvis vero mulieres ad possessionem „ interdum potuerint pervenire donationis nuptialis, „ tamen cum illa alienandi haec bona facultatem neu- „ tiquam consecutae sunt, quamdiu nulla matrimo-

---

„ alteram vero idem constituerat ob praestationem do- „ nationis nuptialis. Unde haud temere infero, cum „ rei utriusque diversitas ex eis, quae dicta sunt, satis „ elucescat, hanc dotium securitatem in ipsa propter „ nuptias donatione quaesitam hactenus ipsis Romanis „ quidem prorsus fuisse incognitam, partum vero spu- „ rium esse aevi recentioris, cujus falso jactata origo „ ab humanioribus Jurisconsultis magis neglecta fuit, „ quam credita.

u) L. 29. cit.

„ nii ſolutio interveniſſet, ſed tantum fructus pote-
„ rant inde percipere, inſumendos in ſuſtentationem
„ ſui, mariti ac familiae, quippe rei familiaris cura
„ mutato ordine naturali, jam ad uxorem redierat,
„ cum vir oſtendiſſet, ſe ei eſſe imparem.

„ 3) Quare ſatius fore duxerunt LL. ſi & dotis
„ nuptialis adminiſtratio hoc caſu concederetur uxo-
„ ri, neque id marito damnoſum erat, quippe quem
„ jam alere iſta debuerat, pudendum licet.

„ 4) Ob haec jam non dubitat, quin in hac
„ donatione uxori civile aliquod dominium poſſit
„ vindicari, cum nequaquam in eo videatur a doti-
„ bus differre.

„ 5) Soluto vero matrimonio morte mariti do-
„ natio propter nuptias eodem jure ad ejus haeredes
„ veniebat, uti alias dos profectitia defuncta uxore
„ redire ad patrem iſtius debuit. Salvis tamen for-
„ ſan de retinenda donatione pactis *x*).

„ 6) Quamvis vero alias lucri condonatione
„ nuptiali ſpem nullam haberet uxor, niſi, quod jam
„ diximus, mortis interventu matrimonium finitum
„ eſſet, extra hunc caſum tamen idem mulieres po-
„ terant ſortiri, facto cum viro divortio, cui ejus
„ im-

x) L. 9. C. de Pact. convent.

„ improba vitae ratio caufas dederat legitimas, & „ quarum indicem nobis exhibent Leges *y*).

„ 7) Si mulieri donatio haec vel pars ejus ali- „ qua in lucrum ceffiffet viro mortuo; quod per pa- „ cta dotalia fieri poterat, plenum ejus nancifcebatur „ dominium, liberamque habuit adminiftrationem „ tam inter vivos, quam mortis tempore, dummodo „ abftinere repetitis alterius viri amplexibus, ac fe- „ cundarum nuptiarum fugeret folennia. Superanti- „ bus autem continentiam ejus carnis concupifcentiis, „ ac illam rapientibus in thorum alterius viri, amiffa „ horum proprietete bonorum, tantum ufufructu „ gaudebat, quamdiu viveret, dominio ad liberos „ prioris conjugii jam devoluto *z*). Qua quidem „ facultate fruendi ifta nec digna putabatur, quae, „ nuptiarum feftinatione non praeftitiffet luctus reli- „ gionem priori viro, taedasque conjugales accendiffet „ quafi in rogo iftius *a*), quod tempus lugendi anni „ fpatio definitum fuit a Theodosio *b*): cum ex Ro- „ muli inftituto, antea decem menfes fufficerent *c*). „ Justinianus poftea primus veterem morem folvit,

Kkkkk 5 „ adi-

y) L. 8. §. 3. C. de Repud. Nov. 117. c. 9. Parnormit. ad C. Plerumque 4. X. de Donat. inter vir. & uxor.

z) L. 5. L. 6. §. 1. L. 8. §. 3. C. de fecund. nupt. Novell. XXII. C. 23. & 24.

a) Nov. cit. c. 22.

b) L. 2. C. de fec. nupt.

c) Vid. Dion. Gothofred. ad cit. L.

„ adimendo mulieribus proprietatem in ante nuptias
„ donatione, ſive ad ſecundas nuptias venerint, ſive
„ etiam non *d*). Cujus tamen conſilii mox eum poe-
„ nituit, unde conſtitutum legitur *e*), ut illa, quae
„ ſervata priori fide ſecundas evitaſſet nuptias, ex
„ hac viri largitate virilem teneret portionem cum
„ filiis, omni, in iſta parte, proprietatis Jure gau-
„ dens, in matronalis ſcilicet praemium caſtitatis.

§. XV.

Haec pro theoria ac hiſtoria Juris Romani adduxiſſe ſufficiet, ulterius enim evagari ipſe Heineccius diſſuadet, dum ſic ait: *f*)

„ Sed eo ſenſu donationes propter nuptias fere
„ ignorant gentes originis Germanicae, quamvis
„ Doctores, qui, ut coquus Plautinus, diverſa Jura
„ miſcent, hoc vocabulo inſignire ſoleant, modo
„ Dotalitium, modo Morgengabam, modo Augmen-
„ tum dotis.

Ut tamen mentem meam circa hunc diſſenſum Heineccianum concludendo aperiam, media via incedendum reor, hancque donationem tam in ſecuritatem dotis, quam in ſubſidiariam ſuſtentationem datam fuiſſe autumo. *g*) §. XVI.

---

d) Nov. XCVIII. C. 1.

e) In Nov. 127. C. 3.

f) In Elem. Jur. Civ. juxta ord. Pand. §. 195.

g) Et ſic utriusque theſeos & rationes & Leges facile concilian-

§. XVI.

Dona Nuptialia.

Dona nuptialia, germani die Hochzeitgeschenke, ea appello, quae ab extraneis (vel etiam a parentibus, sed non ex debito) liberaliter in neo-nuptas personas conferuntur, & haec aliarum donationum instar consideranda esse, per se patet; quodsi ergo utrique conjugum tanquam uni donatario dentur, amborum ut sociorum erunt, sicque, nisi actu dividant, rem

ciliantur: ea enim, quae supra §. XIV. Not. *d.* pro eliminando Jure pignoris allata sunt, me non movent; Nam ad 1) Adest textus sat clarus in L. ult. Cod. de Donat. ant. nupt. Ad 2) Verum equidem est, JUSTINIANUM uxoribus dedisse hypothecam tacitam in bonis mariti; sed eo ipso, quod JUSTINIANUS hoc primus tribuerit, sequitur, antea uxores hypothecam non habuisse, consequenter ea in donatione propter nuptias opus fuisse. Taceo, quod & haec hypotheca in Donatione sit specialis, quae notorie varia prae generali dotis habet praecipua. Ad 3) Lucrum sane per hoc pignus non accipit mulier, sed tantum damni aversionem, & securitatem, quam per cautionem fidejussoriam non poterat habere, igitur pignoratitiam vel hypothecariam obtinebat. Ad 4) Verum est, & uxoribus competere vindicationem: hanc tamen nequaquam hypothecam extinguere ex eo patere arbitror, quod & legatario rei vindicatio actiove hypothecaria competat, non tamen plus, quam solidum accipiat.

rem communem repraeſentabunt, quodſi vero uni ſoli deſtinata ſint, ea & ſolus ſibi adquiret. In dubio ergo, cum ſocietatis conjugalis intuitu fiant, hac donatione Donata erunt communia.

§. XVII.

Dona a ſponſo ſponſae collata.

Quamvis Romani ex diverſis rationibus donationes inter virum & uxorem, conſtante matrimonio, factas prohibuiſſent, cum tamen potiſſima eorum ratio fuerit, ne amor conjugalis ſit venalis, haec ipſa ratio eos movit, ut tales donationes inter ſponſum & ſponſam valerent, utpote per quas nuptiae promoverentur, amorque in conjugio futuro neceſſarius adquireret initium. Quodſi ergo ſponſus ſponſae ante nuptias etſi in ipſa nuptiarum die donaſſet, ſubſiſtebat haec donatio, *b*) & aliis ad hunc actum requiſitis exiſtentibus, res donata, & acceptata in ſponſae transſibat dominium; ex quo ſponte ſua fluit, in arbitrio ſponſae fuiſſe, ejusmodi dona, vel doti, vel paraphernalibus, vel receptitiis bonis annumerare.

§. XVIII.

---

b) L. 5. pr. L. 27. & L. 64. ff. de Donat. int. vir. & uxor. Haec de donatione inter deſponſatos facta matrimonio ſecuto obtinere per ſe patet, quodſi vero donatum quid fuerit, praeciſe intuitu nuptiarum futurarum, quod in dubio praeſumendum, iis haud ſecutis, condictionem competere, nullus dubito.

§. XVIII.

Dona a marito, ſtante matrimonio, uxori data.

Primis Romanae Reipublicae temporibus, cum adhuc nuptiae per Conventionem in manum celebrarentur, ſicque uxor ut filiafamilias haberetur, mirum non erat, donationes inter conjuges non ſubſtitiſſe: Cum enim filia omnia adquireret patri, & ex analogia uxor marito, maritus donans ſibi ipſi donaſſe videbatur, quod cum primis principiis repugnet, utique omni effectu deſtituebatur. Exoleſcente equidem in manum Conventione, ceſſabat haec ab uxore marito facta adquiſitio, manſit tamen donationum prohibitio, ex eo ſcilicet fundamento, ne amor conjugalis fieret venalis, ne locuples pauperior redderetur, & ne ceſſante donatione divortia multiplicarentur. Inde ergo ejusmodi donationes inter conjuges erant prohibitae *i*) & ipſo Jure nullae. *k*) Hinc res donatae quovis tempore vindicari vel condici poterant, *l*) qui ſtatus uſque ad tempora ANTONINI, Imperatoris SEVERI filii, perdurabat. *m*) Sed ANTONINUS rigorem hunc mitigaturus orationem de confirmandis donationibus in Senatu habuit, authorque fuit Senatusconſulti, ut donationes inter conjuges in poſterum

ſterum

---

i) L. 1. & 3. ff. de Donat. inter vir. & uxor.

k) L. 3. §. 10. ff. eod.

l) L. 5. §. 18. L. 6. L. 7. pr. ff. eod.

m) L. 32. ff. eod.

ſterum valerent, dominiumque rei donatae in donatarium tranſiret, & exinde obligatio civilis oriretur, ſola reſervata revocandi in vita poteſtate, hac vero per mortem ceſſante, ejusmodi donatio pro donatione per mortem confirmata haberetur, eſſetque, inſtar donationis mortis cauſa. Quodſi ergo maritus uxori quidquam donaſſet, in illam tranſibat dominium, revocabile tamen: per hoc conſtituebatur poſſeſſor bonae fidei, ita ut fructus percipiendo, & conſumendo ſuos faceret; Revocatione vero contingente res extantes, & fructus, ex quibus locupletior facta eſſet, neque praeſcripſiſſet, marito reſtitueret; reliqua autem, quae conſumpſiſſet, vel unde locupletior facta haud eſſet, aut uſucepiſſet, uxor retinebat. *n*)

§. XIX.

---

n) Patent haec clariſſime ex verbis Ulpiani L. 32. §. 1. ff. eod.

„ Oratio autem Imperatoris noſtri de *confirmandis* „ donationibus non ſolum ad ea pertinet, quae no„ mine uxoris a viro comparata ſunt, ſed ad omnes „ donationes inter virum & uxorem factas, ut & ipſo „ Jure res fiant ejus, cui donatae ſunt, & obligatio „ ſit civilis, & de falcidia, ubi poſſit locum habere, „ tractandum ſit, cui locum ita fore opinor, quaſi „ teſtamento ſit confirmatum, quod donatum eſt.

Cui ſi integri tituli tam Digeſtorum, quam Codicis de Donat. inter vir. & uxor. jungantur, facile concludes a Lege prima ff. Digeſtorum uſque ad 31. incl-

ſtatum

§. XIX.

Ex his ergo concludere licebit, ea, quae a marito uxori donata fuere, ſtante matrimonio, ad eam ita pertinuiſſe, ut tanquam bonae fidei poſſeſſor fructus exinde percipere, praeſcribere, ac etiam rem conſumere potuerit; accenſendae ergo erunt res donatae vel bonis receptitiis, vel, ſi mavis, paraphernalibus, ſalva tamen revocatione.

§. XX.

Hactenus de bonis uxoris, jam de bonis mariti agendum erit, ubi primo occurrunt

Bona mariti in matrimonium illata.

Maritum hic ſub duplice perſona conſiderare poſſumus, vel ut filium- vel ut patremfamilias. Cum enim de Jure Romano per nuptias, aut ſeparatae oeconomiae inſtitutionem patria poteſtas in filios non ſolveretur, conſequens erat, talem filium etſi conjugatum regulariter bona propria non habuiſſe, ſed vel nihil proprii, vel peculia tantum poſſediſſe: quo caſu res juxta naturam peculiorum erat dijudicanda. Quodſi maritum conſideremus ut patremfamilias, hic ſua bona pleniſſimo Jure ſibi habuit; niſi forſan quaedam

ſtatum antiquae donationis, a L. 32. vero uſque ad finem ſtatum a Senatusconſulto conſtitutum recenſeri, indeque Leges Senatusconſultum antecedentes a ſubſequis explicari & reſtringi.

dam ex iis vel in dotem uxori dederit, vel in donationem propter nuptias aſſignaverit. De quibus jam ſigillatim.

§. XXI.

Bona mariti ab uxore in dotem accepta, vel a ſe ipſo in dotem data uxori.

Quid Juris uxor maritusve in bonis dotalibus habeant, §. VIII. abunde eſt explicatum; hinc ulterius ea diſquirere haud opus erit; cumque ea bona, quae forſan ſponſae inopi ipſe maritus in dotem aſſignat, vere dotalia fiant, ea inſtar dotalium aliunde obvenientium iisdem regulis regi in aprico eſt.

§. XXII.

Bona a marito uxori in donationem propter nuptias aſſignata.

Dona a ſponſa ſponſo collata.

Dona ab uxore marito data.

Et de his jam ſupra §§. XIV. & ſeqq. actum. Jura ergo hic plane eſſe reciproca nemo negabit. Quodſi his axioma generale, quod Tertius Tertium de Jure Romano obligare non potuerit, ſeu Tertio per Tertium obligatio nec activa, nec paſſiva adquiratur: o) & ſpecialius, quod nec Maritus pro uxore, nec

o) Tot. Tit. Inſt. Per quas perſ. cuique adq.

nec uxor pro marito teneatur, *p*) facile casus singulares circa contractus ab uno conjugum initos decidendi erunt. *q*)

SECTIO II.

DE SINGULARIBUS QUIBUSDAM BONORUM CONJUGALIUM SPECIEBUS IN GERMANIA, ET JURE CONJUGUM IN ILLA.

§. XXIII.

In Germania nostra per communionem bonorum hinc inde introductam, partim universalem, partim generalem, & particularem Jus Romanum multum immutatum esse, jam alibi me deduxisse memini. *r*) De hac ergo, quatenus Jus Germanicum attinet, nil dicam: quaedam tamen bonorum conjugalium species singulares occurrunt, de quibus brevem mentionem facere oportet: Tales sunt Dotalitium, Vitalitium, seu Vidualitium & Morgengaba, nec non apparatus muliebris.

§. XXIV.

p) Tot. Tit. Cod. Ne uxor pro marito.

q) Qui plura desiderat, adeat Sam. STRYKII binas Dissertationes: de Jure Mariti in bona uxoris. Et de Jure uxoris in bona mariti.

r) Vid. Diss. de Successione Conjugum. Quae proxime huic Thesauro inseretur. Conferantur interea Dissertation. RÖTHLEINII, & KLEIBERTI. Sect. I. Opusc. XX. & XXI.

§. XXIV.

Dotalitium.

De dotalitio tot extant Tractatus, & Dissertationes, ut sane actum agere viderer, si eas exscribendo, aut commentando hic illustrare vellem; satius ergo duco, in compendio hic referre, quae fuse ab aliis tractantur. Mariti potissima cura in eo versatur, ut familiae de alimentis prospiciat; cum jam uxores etiam ad familiam tanquam membrum praecipuum pertineant, rationi congruum est, ut & ei de alimentis finito matrimonio securitas quaedam praestetur. Quamvis enim Jure Romano dotes ad uxorem redirent, Germani tamen ejusmodi dotes ignorabant, cum teste TACITO s) non uxor marito, sed maritus uxori dotem afferret. Complexus ergo omnium rerum, a marito uxori ad ferenda futurae viduitatis onera concessarum, Dotalitium, Vidualitium, Witthum, Wittibsitz, & quia ad dies vitae ordinarie conceditur, Vitalitium, Leibgeding, Leibzucht appellatur: quod posterius tamen stricte sumtum a dotalitio multum differt.

§. XXV.

Ratione hujus dotalitii autem apud Germanos hodie potissimum ea videtur adesse observantia, quod respectu Nobilium dotalitia sint quasi necessitatis,

---

s) De Morib. Germ. c. 18.

tis, respectu ingenuorum & plebejorum vero voluntatis. Apud illos ergo constitutio praesumitur, apud hos vero probanda venit. Origo hujus differentiae ex eo deducenda, quod certissimum sit, olim mulieres ideo nullam dotem habuisse, t) quia ob sumtus militiae

t) Selchov. Elem. Jur. Germ. §. 440. & ibi fuse allegati. Neque tamen exinde concludendum est, filias Nobilium Germaniae olim omni omnino pecunia cassas, & illocabiles extitisse: Sicuti enim res non est sine exemplo, ipsis amplissimam dotem contigisse, * ita praesertim novae nuptae ad instruendam maritalem oeconomiam, licet parata pecunia data non esset, multis rebus, vestitu, supellectile, jocalibusque ** instruebantur, quod olim Vaderphium *** postea vero apparatum & instructum muliebrem **** die Aussteuer appellaverunt, qui apparatus etiamnum quotidie obvius dotis loco hodie haberi debet, nisi ex pactis dotalibus, & intentione paciscentium ipsum a dote distingui appareat. *****

* Strubens Nebenstunden. P. V. p. 270. seqq.

** Petr. Müller de Jocalibus. Gotl. Arn. Spies de mulierum Ornamentis.

*** Christ. Henr. Breuning de Vaderphio veterum Germanorum.

**** Jo. Geo. Estor de Apparatu & Instructu muliebri nuptarum praeter dotem pactis dotalibus praemisso. Henr. Gottl. Pierés de Differentia dotis & instructus muliebris.

***** Puffendorf. Tom. I. Observ. 206. Grupenii Disput.

litiae ab omnibus ingenuis faciendae, cujus incapaces erant foeminae, ipsae ad possessionem praediorum non vocabantur, ex quibus sumtus militiae praestari debebant, quod olim in omnibus ingenuis observatum, postea solis Nobilibus & Illustribus remansit, utpote qui militarem gloriam ad posteros transferrent. Introducto autem Jure Romano, cum indignum Jurisconsultis videretur, filiam nobilem sine dote in matrimonium collocari, a saeculis inde XIII. & XIV. filiabus etiam Illustrium & Nobilium dotes in sensu Juris Romani constitui coeperunt. *u*)

§. XXVI.

Introducta ergo dote donatio quoque propter nuptias *x*) (Gegenvermächtniß, Gegenheimsteuer, Gegenwidme, Widerlage, Kehrung, Zugeld) Lege Romana similiter probabatur, eademque etiamnum in singulis fere pactis nuptialibus Nobilium commemora-

---

Disput. von der jungfräulichen Ausssteuer, als einem Paraphernal-Guth, und von Ingedomte, von Kistenpfand ꝛc. Ejusdem Uxoris Theotiscae cap. 3. p. 49. Strubens Bedenken. T. 1. n. 53. p. 133. seqq.

u) Joach. Schoepfer de alimentis & dote filiarum Nobilium.

x) Chr. Gottl. Hoffmann Diss. Jur. R. & G. in Donat. propter nuptias. Erf. 1727. Lips. 1736. Jo. Gottl. Heineccius de Uxore per propter nuptias donationem de alimentis secura tantum Hal. 1749.

ratur. Enim vero alia ejus in Germania, quam apud Romanos ratio, cum non tam ob ſecuritatem dotis, ſed alimentorum uxori in caſu viduitatis praeſtandorum ſecuritatem praeſtari ſoleat. *y*) Hinc foeminae etiam indotatae eadem hodie augentur, nec ad quantitatem dotis in ejusdem determinatione reſpicitur, cum dote major, minorque eſſe poſſit, eademque de cauſa uxori, etiamſi dotem ſalvam habeat, donationis propter nuptias uſusfructus ſalvus maneat: *z*) Tacita vero hypotheca intuitu hujus donationis uxori non competit, niſi Lege Provinciali diſerte tribuatur. *a*)

§. XXVII.

Eſt ergo dotalitium *b*) ipſa dos Juris Germanici, a marito eum in finem oblata, ut & dos compenſetur, & uxor ſoluto matrimonio honeſte ſe exhibere poſſit. Hinc quantitatem maritus pacto definit, & tunc perinde eſt, ſive dominium, ſive uſumfru-

y) Hoffmann l. c. §. 6. p. m. 32. ſeqq.

z) Pufendorf. T. II. Obſ. 39. III. 121. Gebauer in Ord. Inſt. II. 7. p. 56.

a) Quod factum Jur. Sax. Electorali. Carpzovius P. II. C. 16. d. 1. & Lüneb. P. O. c. 24. Pufendorf II. 39. §. 27. p. 183. Conf. Tob. Jac. Rheinharth de Uxore in donatione propter nuptias neque dominium, neque hypothecam habente. Erf. 1729. Conf. Holſt. L. G. O. P. 4. T. 5. §. 9. p. m. 29.

b) C. 10. Cauſ. 36. Q. 2. cap. 15. X. de for. c om pet.

fructum certorum bonorum uxori adſignet. Marito autem non definiente, Lex definit, pro modo dotis illatae. Ex quo intelligimus. 1) Cur maritus quidem & indotatae conſtituere dotalitium poſſit, Lex tamen eam non conſtituat, niſi probetur, dotem eſſe illatam. 2) Cur ſalvum ſit viduae arbitrium, dotem repetere, an dotalitium habere malit. 3) Cur dotalitium non extinguatur, foemina ad ſecundas nuptias transeunte. 4) Cur non requiratur, ut promittatur doti aequale. 5) Cur illud dotem abſorbeat. 6) Cur dotalitium legitimum in certa quantitate uſurarum, veluti apud Saxones in quadruplicatis, alibi tantum in duplicatis, conſtet. *c*)

§. XXVIII.

Ratione Juris uxoris in dotalitium, & matrimonio nondum per mortem ſoluto, aliud praeter hypothecam doti propriam concedere nequeo, ſi dotalitium dotem abſorbeat. Generatim tamen haec hypotheca ratione dotalitii non competit, *d*) niſi ſpecialis lex

c) Vid. Stryk. de Succeſſ. ab inteſt. Diſſert. III. cap. 2. §. 51. Brunnemann. Proceſſ. Concurſ. creditor. cap. 3. §. 13. Jo. Petr. a Ludewig. Diſſ. de dote mariti diſſ. 1. p. 22. ſeq. Gundling. Diſſ. de Emtione uxorum Dote & Morgengaba. cap. 2. Heinec. Elem. Jur. germ. lib. I. Tit. II. §. 245. ſeqq.

d) Mevius P. 1. d. 173. Conf. tamen Barth C. 6. §. 49. p. 520. ſeqq.

lex adſit, e) vel expreſſa hypotheca pacto nuptiali conſtituta fuerit.

§. XXIX.

Ratione Juris viduae in dotalitio competentis magnae denuo pragmaticorum diſſenſiones exiſtunt. Nam ſi parata tantum pecunia, vel fructus praedii, etiam feudalis, ſuppoſitis ſupponendis, dotalitii loco conſtituantur, dubium non eſt, pleno Jure eos in viduam donatariam transire. Sin vero integrum praedium eo nomine adſignetur, verior videtur eorum ſententia, qui ſolum uſumfructum, h. e. Jus omnia emolumenta ordinaria ex fundo percipiendi, viduae tribuunt, cum particula proprietatis, ut puta pars Juris alienandi, cum dominio utili alias conjuncta, in viduam non transeat. Ea autem, quae hucuſque de dotalitio dicta ſunt, ad dotalitium Nobilium & Illuſtrium, utpote neceſſarium pertinent, ad voluntarium Ingenuorum & Plebejorum haud extendendum, ut-

Uuuu 4 pote

e) Brem. Ritterr. T. 4. §. 3. not. b. p. m. 22. Pufendorf I. 22. §. 5. p. 37. ſeq. Jure Boruſſico requiritur, ut haec hypotheca Codicibus publicis inſeratur. Cod. Frid. P. 4. Tit. 9. §. 69 p. m. 519. ſeq. junct. §. 78. p. 521. C. C. Culmbac. T. III. P. I. pag. 215. De Jure Bavarico conf. Kreitmayer T. I. p. 139. Secundum hoc & Jus Culmbacenſe & Saxonicum ob donationem propter nuptias hypotheca expreſſe denegatur.

pote quod ſolis pactis illud conſtituentibus regitur, ſalvis tamen Legibus, & Jure Tertii.

§. XXX.

Morgengaba.

A dotalitio differt Morgengaba, quae eſt munus largius, a viro uxori primo mane oblatum in ſignum conſummati matrimonii. *f*) Hinc facile patet, 1) Eam quoque vel pactitiam eſſe, vel legitimam, cujus modus variat, ſiquidem e. g. apud Pomeranos pro ſingulis millibus quinquaginta ſolvuntur, apud Saxones multa alia obſervantur. *g*) 2) Eam & viduis deberi, & virginibus nuptis. 3) Non tamen prius, quam conſcenſo thalamo. 4) Donationis hujus dominium ſtatim transire ad uxorem, ut adeo de ea pro arbitrio diſponere queat. Marito ergo eandem nec oppignorare, nec alienare licet, & ſi uxor a marito fructus Morgengabae non perceperit, mortuo marito iidem ab haeredibus mariti ſupplentur: *h*) arbitrarium tamen, Lege deficiente, munus eſt

---

f) Aliis vero videtur donum eſſe, quod in ſignum apprehenſae poſſeſſionis thori exhibetur, quorum opinio probabilior eſt, quam eorum, qui illud in ſignum ereptae virginitatis datum volunt, cum viduis etiam morgengaba dari ſoleat.

g) Quae deſcribit Carpzov. Part. III. Conſt. 33. def. 20. Heinecc. Elem. Jur. Germ. Lib. I. tit. 11. §. 259.

h) Pufendorf. obſ. III. 119. §. 5. Mev. P. 6. Deciſ. 245.

est Morgengaba. Hine maritus ad ejus constitutionem inter Nobiles (multo minus Ingenuos & Plebejos) compelli non potest, nisi pacto ejus solutionem promiserit.

SECTIO III.

DE VARIIS BONORUM CONJUGALIUM SPECIEBUS, MUTUOQUE CONJUGUM IN ILLA JURE JUXTA ORDINATIONEM PROVINCIALEM FRANCONICAM.

§. XXXI.

Bona conjugalia, *quorum* mentio in Legibus nostris Franconicis occurrit, potissimum ea sunt, quae vel communioni bonorum universali, vel particulari subjecta cernuntur; prout etiam dotis ac donationis propter nuptias *i*) mentio fit, quorum priora ad nu-

i) Ord. Provinc. Tit. 88. §. 1. Tit. 96. §. 2. Tit. 97. §. 1. in verbis Heurathsguth oder Gegengeld. Ex quo patet, Donationem propter nuptias, nihil aliud, quam dotem mariti significare. Quod patet ex Tit. 98. §. 1. in verbis:

Die rechte natürliche, oder eingesetzte, und rechtsgemachte Eltern, so die Kinder noch in ihrem Gewalt, oder bey sich noch unabgetheilet haben, seynd denselben nach Größe und Gelegenheit ihrer Haab und Güther, wo sie sich mit Wissen, und Willen ihrer Eltern verheurathen, ein ziemlich Heurathguth als dotem, vel donationem propter nuptias zur Zeit des Verheurathens zu geben schuldig.

ptias sine pactis, posteriora ad matrimonia pactitia pertinent; quid autem in utroque juris sit, inquirendum.

§. XXXII.

Bona conjugum in matrimonio sine pactis.

Ex matrimonio sine pactis vel communionem universalem, vel particularem oriri, jam alibi *k*) monui. Universalem autem triplici niti causa ex ipsis Legibus nostris Provincialibus sufficienter patet: scilicet 1) Per susceptionem liberorum legitimorum & naturalium simul *l*) (durch eheliche Kinder) vel

2)

---

k) In dissert. de Successione Conjugum.

l) Projectum Ordinationis nostrae Franconicae Frisaeum de anno 1536. §. 59. sic habet:

Eheleuth, die miteinander eins, oder mehrere Kinder haben, heissen und seindt nach Gewohnheit und gemeinen Landgerichts Gebrauch in allen ihren ligenden und fahrenden, zugebrachten, ererbten, eroberten und gewonnen Haab und Güttern nichts ausgenommen, sie kemen hero auf welcher Seiten es immer wolle, gegen und miteinander vererbt, es were dann Sach, daß sie mit sondern Gedingen zusammen verheurath weren, alsdann soll es nach Gestalt und Ausweisung derselben Geding gehalten werden.

Huic exacte concordat Ordinatio Provincialis antiqua de 1570. §. 6. Ordinatio vero Provincialis Rudolphina de anno 1580. §. 154. sub Rubro von ohnbedingten Heurathen sic habet:

Es

2) Per unionem prolium *m*) (durch Einkindschaft) vel

Es ist auch in unserm Stift Wirzburg und Herzogthum zu Franken bey diesen unbedingten Heurathen, ein alt Herkommen, und Landrecht, daß die Eheleuth, die miteinander in stehender Ehe, eins, oder **mehr Kinder erzeugen**, oder per unionem prolium (von der hernacher folget) **gleich gemachte Kinder haben**, in allen ihren liegenden, fahrenden, zugebrachten, ererbten, eroberten, und gewonnenen Haab und Güthern, nichts ausgenommen, sie kommen hero, auf welcher Seiten sie wollen, gegen- und miteinander vererbet seyn.

Doch solle derohalben der Ehegenoß keines Macht haben, die Güter übel anzuwenden, oder zu verthun, wo aber solches von deren einem beschehe, solle der Schad von des schuldigen Ehegenossen Gütern erstattet, auch die Schulden, so dahero erfolget, bezahlet werden.

Cui ad verbum consonat Ordinatio nostra Provincialis novissima P. 3. Tit. 96. §. 5. & 6.

m) Projectum Frisaeum §. 72. sic habet:

Hinwiederum ist auch oft beschehen, wann gleich die Thailung nach Verprechung der Hand fürgenommen, und die Kinder ihren Zwaittheil entpfangen haben, daß ihnen derselbig manichmaln aus Unfleiß, oder Untreu der Vormunder in kurzer Zeit aufgelaufen, und allso die Kinder etwann, ehe sie recht aufpracht und erzogen, um ihren Zwaittheil kommen und zu Bettlern gemacht worden. Denenselben der Nothdurft nach zu begegnen, ist die Einkindschaft, in

La=

vel denique 3) Per condonationem plenariam.

Latein Parificatio Liberorum erfunden, und vor Alter hero in dem Herzogthum zu Franken gebraucht worden, dergestalt, wo der Kinder negste Freund vermerkt, daß dem überpleibenden viel nüzlicher, ehrlicher und fürtreglicher were, sich wiederumb zu verheurathen, dann als im Wittbenstull zu bleiben, und daß das überpliebendt solchs allein von des Zwaitthails wegen gepflogen, haben sie auf folgende Mittel gehandelt, nemlich wo sich das überpliebendt von neuen wieder verheurath, daß alsdann der neu Gemahel den überpleibenden Kinder gemachter Vatter oder Mutter worden, und zwischen denselbigen beede Eheleuthen und gedachten Kindern, so sie als zusammen gebracht, und hinfüer in stehender Ehe mit einander zeugen, mit den Güttern liegenden, fahrenden Erbschaften Anfellen und allen andern, nichts ausgenommen, aller Gestalt und Massen seynd und gehalten werden, als weren sie von allen Theilen rechte leibliche, natürliche Vatter und Mutter Kinder und Geschwistrigt.

Ordinatio Provincialis moderna P. 3. Tit. 39. §. 25. sic statuit:

Wo aber die Eheleuth in der Ehe erzielte, oder per unionem prolium durch die Einkindschaft recht gemachte Kinder hätten, dießfalls seynd, wie auch oben gehört, dem alten Gebrauch und Landrechten nach, alle und jede Güther, sie kommen gleich hero, wo sie wollen, gegeneinander vererbt, und beyden Eheleuthen gemein, hat sich auch das überlebend

am. n) Dubitabatur olim an non etiam per pacta & te-

---

bend Ehegenoß nach des andern tödtlichen Abgang deren in gemein zu gebrauchen, derselbigen zu geniessen, und wie mit seinen eigenen Güthern (jedoch dieser unserer Ordnung nach) damit zu gebähren, und kann anderst nicht; dann wie in dem XV. und XVI. §. dieses Tituls der Eltern halben gesetzt ist, testiren und Vermächtnuß thun.

Cui concordat Rudolphina §. 97. Conf. etiam Ord. Prov. Tit. 90. §. 1. & Tit. 96. §. 5.

n) Projectum Frisaeum §. 35. sic habet:

Von Vermächtnussen, und erstlich der Eheleuth.

Eheleuth, sie haben Kinder oder nit, mögen für künftigen schnellen Todfall all ihr jedes Haab und Güeter einander vermachen, Gaab umb Gaaben, und etwas oder nichts ausgenommen ihres Gefallens, ob aber jemands, der es Recht hette, oder zu haben vermeinte, darinn gerichtlich tragen würde, der mag das thun, soll geschehen was Recht ist, wie Sitt und Gewohnheit am Landgericht und Herkommen, und wird bisweilen disputirt, daß es nicht Recht etwas um nichts zu geben, sonder solle ein Recondonation da seyn, dieweil es aber willkührlich zugeben oder vermachen oder nit, bleibt es billig dabey, wie angezeigt, Gaaben umb Gaaben, oder etwas um nicht.

Cui concordat Ordinatio Provincialis de 1570. §. 19. Junge Ordinationem Provincialem novissimam P. 3. T. 120. §. 1.

teſtamenta reciproca conjugum, ſed negativa lege firmata fuit. o)

§. XXXIII.

Ex his jam ſequens formo theorema: Ea, quae Juris ſunt in ſocietate univerſali, ea etiam regulariter obtinent inter conjuges ſtante communione bonorum univerſali. Dixi regulariter, in aliquibus enim adeſſe exceptionem ſequentia demonſtrabunt.

I. Sicuti in ſocietate univerſali bona praeſentia & futura communicantur p), ſic & in communione bonorum univerſali omnia bona communicantur q).

II. Prouti in ſocietate univerſali mutua traditione haud opus eſt, ſed res ſingulae tacite & continuo traditae cenſentur, citra factum ſociorum r), ita & in communione bonorum haec tacita traditio obtinet.

III. Quamvis in ſocietate univerſali de Jure Romano Nomina & Actiones cedenda ſint invicem, s) haec tamen expreſſa Legis diſpoſitione pro ceſſis habentur. t)

IV.

o) Per Mandatum de 22. Julii 1777. §. 10.

p) L. 3. §. 1. L. 77. §. 1. ff. Pro ſocio.

q) Ord. Prov. P. 3. Tit. 96. §. 5.

r) L. 1. §. 1. ff. Pro ſocio.

s) L. 2. pr. ff. eod.

t) Ord. Prov. P. 3. Tit. 96. §. 5. verbis: Nichts ausgenohmen.

IV. Sicuti in ſocietate univerſali & futura cujusque bona communia fiunt, etiam quae ex cauſa lucrativa uni ex ſociis obveniunt, veluti haereditas, legatum, *u*) imo & ea, quae ex delicto tertii per actionem injuriarum, vel ex L. Aquilia adquiruntur, *x*) ita & hoc in Communione univerſali ſervatur.

V. Quemadmodum in aquaeſtu ſocietatis univerſalis aequalitas non exigitur, & nec in erogationibus, nec impendiis, ſi uni ſociorum pluribus opus ſit, quam alteri, differentia attenditur: *y*) ſic & hoc inter conjuges univerſali communione affectos obtinet.

VI. Sicuti in ſocietate univerſali delicta ſuos tenent authores, *z*) ſic etiam in conjugali obſervandum. *a*)

§. XXXIV.

---

u) L. 3. §. 1. L. 73. pr. ff. Pro ſocio.

x) L. 52. §. 18. ff. eod.

y) L. 73. §. Idem ff. eod.

z) L. 52. §. 18. & ſeqq. ff. Pro ſocio; quod tamen aliter intelligi nequit, niſi ſocietate forſan expoſt diſſoluta. Cum enim ſtante ſocietate omne lucrum damnumque commune ſit, ad hunc caſum hae leges applicari nequeunt.

a) Ord. Prov. Tit. 96. §. 6. Inde eſt, quod dum prioribus annis iis, qui frumentum eveherent, quartae bonorum partis poena dicta fuerit, haec quarta deducta legitima liberorum & uxoris ex reliquis tantum bonis ſcilicet ex ſextante marito dictata fuerit.

§. XXXIV.

Haec de communione universali, transeo ad particularem, quae oritur, matrimonio sine pactis & liberis extante: cumque in communione hac bona conjugum communia non fiant, sed omnis tantum aquaestus, *b*) exinde patebit, hanc communionem convenire cum illa societate Juris Civilis, quam generalem appellant. *c*) Inde ergo concludo:

I. Sicuti in societate generali civili ea, quae ad quaestum pertinent, communicantur, hinc, quidquid ex opera & negotiatione provenit, erit conferendum: *d*) non

---

b) Ord. Prov. Tit. 39. §. 23. in verbis:

Da aber die Eheleuth ohne Geding, Pacta und Vermächtnuß schlechtlichen sich zusammen verehlichen, diesfalls, wie hernacher gesetzt, seynd dem alten Landsbrauch nach, alle in währender Ehe errungene und gewunnene Güther beyden Ehleuthen gemein, und also ihr jedem zum halben Theil gehörig, was nun ausserhalb solchen errungenen und gewunnenen Güther ein jedes Ehegenoß sonsten gehabt, und in die Ehe gebracht, oder durch Testament, oder in die andere Wege erobert und bekommen, solches alles samt gehörten seinem halben Theil der errungenen und gewunnenen Güther, mag jedes Ehemensch für sich selbsten, ohne des anderen Vergünstigung seines Willens vertestiren und vermachen.

Jung. Tit. 69. §. 4. Tit. 97. §. 4. Tit. 88. per totum.

c) L. 7. & 9. ff. Pro socio.

d) L. cit. 7. & 8. nec non 71. pr. eod.

non vero id, quod ex caufa lucrativa aliunde, veluti haereditate, legato, donatione *e*) accedit: fic & hoc in communione conjugum particulari obtinet. *f*)

II. Ea tamen, quae ex his bonis licet non communibus adquiruntur, aut iis ad fructus percipiendos impenduntur, in priori cafu aquaeftum augent, in fecundo minuunt, qui divifione contingente aequaliter dividitur.

III. Cafum fortuitum, leviffimam aut levem culpam fibi conjuges non praeftant, fed tantum dolum & latam culpam; *g*) quae vero ex his bonis haud communibus in neceffitatem aut utilitatem familiae verfa funt, primario ex aquaeftu, deinde ex alterius bonis in fubfidium refarcienda funt. *h*)

§. XXXV.

His praemiffis generalibus, quid circa contractus conjugum, indeque faepe oriunda debita tam in communione bonorum univerfali, quam particulari, Juris fit, difquirendum venit.

Con-

e) L. 9. feqq. eod.

f) Ord. Prov. P. 3. Tit. 88. per totum in fpec. §. 5.

g) Arg. Ord. Prov. Tit. 88. in fpecie §. 8. & 9.

h) Tit. cit. §. 6.

Contractus conjugum.

Projectum Ordinationis Provincialis de 1536. §. 46. sic habet: *i*)

Wann eins aus zweyen Eheleuthen, die bey einander im ehelichen Weesen wohnhafft und vererbt *k*) seynd, ohn des andern Wissen und Willen, etwas liegende *l*) Güetter kauffen *m*) oder verkauffen würde, so mag das ander wohl darein reden, und wo dann güetlich nit wöllte abgestanden werden, sunter rechtlich darwider handeln, auch solchen Kauff oder Verkauff, der inen, und iren Kindern zu schwehr, nachtheilig, verderblich, oder sunst betrüglicher, und vortheilhafftiger Weiß zugangen und gehandelt were, abtreiben, der dann auch von Unwürden seyn, und untüchtig erkannt *n*) werden soll, als solches Herkommen ist.

§. XXXVI.

---

i) Huic verbotenus concordat Ordinatio Provincialis de 1570. §. 30.

k) Haec constitutio ergo pertinet ad communionem bonorum universalem.

l) In mobilibus ergo bonis liberior disponendi potestas concessa est.

m) Quamvis hic solius emtionis mentio fiat, ad alias tamen alienationes id extendendum esse, ratio, quae in damno dato consistit, efflagitare videtur. Conf. Ord. Prov. P. 3. T. 102. §. 3.

n) Haec verba potius rescissionem, quam nullitatem indicant.

§. XXXVI.

Fusius hoc explicat Ord. Rudolphina de A. 1580. §. 160. & 161., cum qua Ordinatio novissima P. 3. Tit. 102. & 103. plane concordat. Hujus tenorem subjicio notis illustratum.

Ob, wie, und was die Eheleuth in zugebrachten Gütern handthieren und verändern mögen.

Tit. CII.

§. I.

Demnach des weiblichen Geschlechts Verstand etwas schwach, und leichtlich zu vernachtheilen ist, haben die gemeine geschriebene Rechte demselben viel Vortheils vor den Mannspersonen vergönnt, und zugelassen, auf daß sie dann in Veräusserung ihrer Güther nicht gefehret werden, sezen, ordnen, und wöllen wir, wann das Weib ausserhalb eines Testaments, Vermächtnuß oder lezten Willens von ihren eigenen o) Güthern etwas Namhafftes verkaufen, versezen, oder in andere Weege verändern und veräusseren will; daß sie solches mit Vorwissen ihres Ehemanns thun solle, und da sie darüber etwas vergeben und handeln würde, daß solches der Mann ordentlicher Weise, und auf Erkänntnuß eines jeden Orts vorgesezter Obrigkeit nach Gestalt und Ge-

o) Ex hoc patet, hunc §. loqui de communione bonorum particulari, alias enim dispositio per testamentum, aut proprietas aliquorum bonorum locum non haberet. Vi Tit. 39. Ord. Prov. §. 15. 16. 22. seqq.

Gelegenheit der Sachen widerruffen *p)* und zurücktreiben möge.

§. II. Wird auch der Ehemann in des Weibs eigenen, oder paraphernalibus bonis, das ist, in denen Güthern, so sie ausserhalb des Heuraths-Guths herzugebracht, *q)* oder in den anderen und jenigen Güthern, so beyde Eheleuth (wie obgehort) miteinander gemein haben, vererbet *r)* wären, oder sonsten eines dem anderen vermachet hätte, ohne des Weibs Wissen und Bewilligung, etwas zu mercklichem und schwerem Nachtheil *s)* contrahiren, handthieren, oder sich obligiren

p) Ergo tales contractus nulli haud sunt, sed imploratione officii Judicis rescinduntur.

q) Haec itidem ad communionem particularem pertinent.

r) Haec communionem tam universalem, quam generalem concernunt.

s) In dem Mandat de 1700. kommet folgender Ausdruck vor:

Zu mercklichen Schaden und schweren Nachtheil.

Es entstehet dahero die

Frage: Wie groß der Schaden seyn müsse, daß die Hintertreibung des Kontrakts statt finde?

Daß die Laesio nicht in dem Sinne der Röm. Gesetze enormis oder infra dimidium iusti pretii seyn müsse, ist klar daraus abzunehmen, da sonsten hier nichts neues verordnet würde, dieweil die Rescissio in diesem Falle schon Iuris communis ist: Sodann diese Verfügung

ren und verbinden, solches solle dem Weib ohne Schaden seyn, sie solle auch Möge und Macht haben, dasselbige ebener Massen, auf Erkanntnuß der Obrigkeit zu widertreiben. t)

§. III. Damit man aber wissen möge, ob und wann solches Contrahiren, Handthieren, und Obligiren mit beyder Eheleuth Wissen und Willen u) beschehen

gung, welche für ein Beneficium iuris uxorum angeführet wird, sich in ein privilegium odiosum deßwegen ausarten würde, weil in dem nachfolgenden Mand. de 1700. es auf die Zeit von 6 Wochen eingeschränkt wird, da die Rescissio ob laesionem enormem nach dem Iure communi perpetua, wie die Actio emti ist.

Da aber weder das Ius commune noch Franconicum die Quantitatem Laesionis bestimmt, auch wegen Ungleichheit des Vermögens der Kontrahenten nicht leicht, noch minder genau bestimmet werden kann, so vermeine ich, daß hier das Arbitrium Iudicis eintrete, welcher zu ermessen hat, ob die erwiesene Verletzung dem Verletzten einen merklichen Schaden zufüge: welches auch daraus seine Bekräftigung erhält, da zu Ende dieses Parag. 2. es heißt:

„ Auf Erkanntnuß der Obrigkeit zu hintertreiben. „

t) Neque in hoc casu subest nullitas.

u) Daß die bloße Wissenschaft von einem geschlossenen Kontrakte nicht hinlänglich sey, ergiebt sich aus der particula collectiua, und: wo jedoch zu bemerken

ist,

hen seye, oder nicht, so solle es mit Aufrichtung der darüber sagenden Verschreibung in aller Massen, wie hernacher unter dem Titul CIV. Wie und wovon der Eheleuth Schulden ꝛc. §. XII. verordnet ist, gehalten werden. x)

§. IV.

---

ist, daß, da in dem Mandato de 1700. zur Reclamation 6 Wochen von Zeit der Wissenschaft bestimmt sind, sodann nach Verfluß dieser Zeit die Scientia und Omissio Contradictionis pro consensu a Lege praesumto gehalten werde. Es entstehet aber die

Frage: Da in dem §. 12. Tit. 104. auf welchen sich gegenwärtiger §. 3. berufet, nur ein oder höchstens zwey modi declarandi consensum angegeben werden, ob nicht auch andere modi probandi gebraucht werden können?

Ich halte dafür, daß diese Frage mit Ja zu beantworten sey, indem Positio vnius nicht ein Exclusionem alterius modi ausmacht, wenn nicht das Gesetz exclusiue spricht; und wann man auch einwenden wollte, daß hier de forma actus statuiret werde, folgsam der Sinn des Gesetzes exclusiv sey: so ist jedannoch dieses noch zweifelhaft, und wird nur auf Schuldverschreibungen, auch höchstens auf Kontrakte, welche eine Sieglung und Unterschrift erfordern, nicht aber auf alle Kontrakte angewendet werden müssen.

x) Verba hujus §phi sunt ista:

Damit man aber auf dem Fall wissen möge, ob das Entlehnen mit beyder Eheleuth Wissen und Willen

§. IV. Gleicher Gestalt, so der Mann seiner ehelichen Hausfrauen Heurath-Guth, oder deroselben Wiederlage, so die Recht dotem, & propter nuptias donationem y) nennen, ingemein auf allen seinen Güthern, die er jezo hat, oder verläst, vermachet und verschreibet, so hat er nicht Macht, seine liegenden Güther und Zinns, allein die freyen Mannlehen ausgeschlossen, zu verkauffen, oder zu verändern, ohne seiner Hausfrauen Consens, gutem Wissen und Willen.

§. V. Aber ausserhalb solcher liegenden Güther und Zinns, hat der Mann vollen Gewalt und freye

 Macht,

len zugangen, so ordnen und wollen wir, daß in der Schuld-Verschreibung beyde Eheleuth, wofern die schreiben könnten, oder auf Bitt derselben, ein anderer von ihrentwegen sich unterschreiben solle, auch sollen Mann und Weib, da das Siglen auf einen anderen gestellt, oder Unterpfand verschrieben worden, um Siglung und Bewilligung der Versezung bitten, und solches hernacher, wie beyde gemeldte Personen um Siglung, und Versetzung gebetten, in der Schuldverschreibung ausdrücklich gemeldet und gesezet werden.

y) Hic §phus loquitur de matrimonio cum pactis, & ubi certa dos est data, ac donatio propter nuptias assignata, desuperque hypotheca generalis in omnibus bonis mariti constituta: consequenter pertinet ad communionem particularem.

Macht, mit seiner Baarschafft, Wein, Getraid, Kaufmannswaar, oder andern beweglichen Güthern zu seinem Nutz und nach seiner Gelegenheit zu handeln und zu gebahrn. z)

§. VI. Wann auch redlich Ursach vorhanden, daß er zu bessern Nutz und Nothdurft a) seine liegende Güther oder Zinns, gar oder eines Theils verkauffen oder verändern, und die Frau in ein solches gütlich nicht gehälen oder willigen würde, solle er sich eines jeden Orts verordnete Obrigkeit darum entscheiden lassen.

§. VII. Wo aber der Ehemann seiner Hausfrauen auf sonderbahren und benamten b) Stücken, um beydes Heurathguth und Wiederlag Vermächtnuß und Versicherung gethan, daran sie auf gehabten Rath ihrer gesipten Freun-

---

z) Conceditur hic libera potestas marito alienandi bona mobilia, licet hypothecam generalem habeat uxor; sed quaeritur, an etiam bona mobilia uxoris alienare valeat? Et inter bona mobilia, quorum quaedam immobilium Jure veniunt, quaedam non, simulque inter res alicujus momenti, & vilioris pretii, aut servando haud servabiles distinguendum autumo, occasione verborum §. 1. etwas Nahmhafftes: ubi tamen semper animadvertendum, quod, si uxori ratione securitatis Dotis damnum immineat, ei Jus reclamandi sicuti cuivis creditori competat.

a) Nutz und Nothdurfft, non ergo pro lubitu.

b) Exemplo pignoris specialis, cui creditor insistere tenetur.

Freunde, oder anderer ehrbahrer Leuth, genüglich und zufrieden, und andere seine Haab und Güther der Frauen nicht vermachet, oder vererbet c) wären, so solle er in solchen anderen seinen Haaben und Güthern, ein freye ungebundene Hand und Willen haben.

So des Manns Güther in Abfall und Geringerung geriethen, wie die Frauen versichert werden sollen.

Tit. CIII.

§. I.

Wann der Mann seiner Ehefrauen, beydes Heurath- und Wiederlegung Güther d) auf allen seinen Haaben, so er zu Zeit seines Absterbens hinderlässet, vermachen und verschreiben würde, und sich in stehender Ehe zutragen und begeben thäte, daß der Mann aus unordentlichen Leben, bösem Hausen, oder sonsten aus Unglück in unversehenen Abgang, und Geringerung seiner Nahrung und Güther gerathen würde, dahero die Frau zu besorgen hätte, daß sie auf den Fall ihr zugebracht Heurath-Guth, und des Manns Wiederlegung nicht gehaben, oder Abgang daran erfolgen mögte. Alsdann mag die Frau solches an unser Landgericht bringen, um nothwendige Vorsehung und Hülf an-

c) Quodsi ergo adsit communio bonorum universalis, ejusmodi alienationes inscia altera parte fieri nequeunt

d) Hic Titulus agit de matrimonio cum pactis, consequenter de societate particulari.

anlangen, und da sie des Manns ungebührliches Hausen, oder seiner Güther Absall glaublich beybrächte, so ist der Mann schuldig, ihr der beyden Heurath- und Widerlegung-Güther halben, genugsame Versicherung und Vergwissung zu thun.

§. II. Da auch der Mann sich eines solchen widersetzen würde, so mag die Frau von ihres Manns Güthern, so viel als beyde Heyrath- und Wiederlegung-Güther werth seynd, zu ihren Handen, in ihr eigen Verwaltung ihr einzuantworten begehren, daß ihr dann auch auf Erkanntnuß unsers Landgerichts eingeantwortet, und zugestellet werden solle.

§. III. Doch auf folgende Maaß und Gestalt, daß sie nehmlichen genugsame Caution und Versicherung thue, dieselbige Güther nicht zu geringeren noch zu veränderen, sondern und allein deren jährlichen Abnuzung, zu ihren beyden Eheleuthen gemeiner Unterhaltung e) zu wenden und zu gebrauchen.

§. IV. Es solle auch hierdurch ihnen beyden Ehegenossen, an der Anwart künfftiger Erbfälle, nach Innhalt gethaner Abrede, nichts benommen seyn.

§. XXXVII.

Ex antecedentibus patet, uxori certis in casibus Jus competiisse contractus mariti rescindendi, cum autem vaga ejusmodi rescissio praecipue nulli tempori ad-

e) En casum, ubi uxor maritum alit, & sic mariti instar de bonis Jus disponendi habet.

adstricta multis dolis ac fraudibus ansam praeberet, sicque infinitae lites orirentur, aliud prodiit Decretum 28 Martii 1700. tempus solummodo huic rescissioni praefixum determinans, reliqua autem in suo vigore relinquens, sequentis tenoris:

Es solle bey oberwehnter Landgerichtlichen Disposition in Parte 3. T. 102. künftighin sein beständiges Bewenden haben, und derselben gemäß all dergleichen Contracten zwar gültig *f*) und verbindlich seyn, wo aber solche zu des Weibs merklichen Schaden und schwehren Nachtheil gereichen würden, dieser frey und ohnbenohmen seyn solle, sothane Laesion, welche zur Zeit der geleisteten Bürgschafft und vorgenohmener Veräusserung wirklich zugegen gewesen, und nicht ererst aus denen nach der Hand sich etwann begebenen Zufällen entstanden, vor dem gehörigen Richter, g) jedoch daß

f) Contractus ergo validi sunt, aliquando tamen rescissioni obnoxii.

g) Quisnam hic Judex competens? an Judex fori contractus, an Judex ordinarius uxoris reclamantis? Cum in Mandato dicatur, Das Weib solle es klagbahr anbringen: Patet uxorem esse in hoc casu actricem, illum autem, qui, cum marito contraxit, esse partem ream: Regula ergo stante: Actor sequitur forum rei, Judex rei erit in hoc casu competens. Casum, qui ante aliquot annos contigit, hic referre placet. Subditus Wirceburgensis S... in confini loco territorii Mo-

daß solches innerhalb 6 Wochen von Zeit der Wissenschaft des Contracts ohnfehlbar geschehe, klagbar anzubrin-

---

Moguntini, publica licitationc emit domum, uxor hoc postea resciens, & gravissimum damnum metuens, intra 6. Septimanas reclamat coram Judice suo ordinario, qui & hanc reclamationem Judici Moguntino insinuat, damnumque uxoris ei demonstrat, ac Jus mulierum Wirceburgensium deducit; Hoc non obstante Judex Moguntinus emtioni inhaeret, maritumque ad solvendum licitationis pretium sub praejudiciis condemnat, quod, nisi solverit, domus de novo licitanda sit, idque, quod minus ex pretio redigetur, suppleat. Secutus etiam est effectus, & Judex Moguntinus pro executione implorat Satrapiam Wirceburgensem, quae dum illam decerneret, provocat & uxor, ut interveniens & maritus ad Regimen Wirceburgense, sententiaque prioris Instantiae non obstante reclamatione uxoris confirmatur. Ex hac, ut credo, ratione, quia Sententia Moguntina in rem judicatam prolapsa, nec aliquo remedio in superiori foro Moguntino interposito fuerat suspensa; cum tamen, si hoc factum fuisset, nullus dubito, quin in Appellatorio Moguntino reformatorie ob reclamationem uxoris debuisset judicari, quatenus nempe facultates mariti non suffecissent. Cui non obstare videtur, quod haec reclamatio de Jure Moguntino non obtineat: Uxor enim non emit, ergo nec rea principalis erat, sicque, quatenus sua bona concernit, in foro Wirceburgensi conveniri, & juxta hujus Jura judicari debuisset.

bringen, und zu erweisen, welchen Falls der Richter den Contract hinwiederum zu rescindiren, mithin das Weib ausser Schaden und Nachtheil *b)* zu sezen hat.

§. XXXVIII.

Hoc Mandatum de 1700. secutum est 22. Maji 1758. aliud sequentis tenoris:

Nachdeme unter dem 28ten Martii 1700. ein allgemeine Landsverordnung ergangen, wordurch denenjenigen Contracten, welche die Männer ohne Wissen und Willen ihrer Weiber, wofern beede miteinander vererbet *i)* seynd, schliessen, das Ziel und Maaß dergestalt gesetzet worden, daß, wann die Weiber innerhalb 6 Wochen, nachdeme sie die Kundschafft von dergleichen einseitigen Handlungen erfahren haben, dieselbe gerichtlich widersprechen, und erweisen, daß sie dadurch merklich beschädiget worden, solche wieder aufzuheben, und vor unbindlich zu erklären seyen; und nun diese Verordnung hier und dort auf dem Fall, wann die Männer ohne Wissen und Willen ihrer Weiber lehenweis Geld aufgenohmen haben, erstrecket werden wollen,

b) Eatenus ergo contractus rescinditur, quatenus damnosus uxori probatus est, non ergo semper in totum, sed saepius in tantum.

i) Mandatum ergo de 1700. pertinet ad communionem universalem; neutiquam vero ad particularem, quatenus scilicet maritus suppositis supponendis de bonis suis contrahit.

len, welches dann zu verschiedenen hierüber entstandenen Processen den Anlaß gegeben, dahingegen bey genauerer Einsicht der obangezogenen allgemeinen Landsverordnung sich ganz deutlich veroffenbahret hat, daß unter derselben die Geld-Anlehen *k*) keineswegs begriffen seyen, sondern hierinnen dasjenige, was die Kayserl. Landgerichts-Ordnung Part. 3. Tit. 96. §. 102. *l*) und 104. diesfalls verordnet, für die alleinige Richtschnur zu halten seye; Als wird solches aus gnädigstem Befehl Sr. Hochfürstl. Gnaden zu dem Ende jedermänniglich kund gemacht, damit sich Niemand durch eine widrig irrige Meynung, gleichwie es bishero mehrmalen geschehen, zu einem ungegründeten Reichsstreit verleiten lassen, die Richtere auch, wann dergleichen Klagen etwann bey ihnen vorkommen, dasjenige Gesätz, wornach sie sich in Fällung der Urtheil zu achten haben, um so sicherer wissen mögen.

XXXIX.

---

k) Ratio videtur haec: Dum enim maritus pecuniam accipit mutuam, aliquid adquirit, quamvis restituendum, & sic uxor tempore contractus laesa dici non potest; Neque obstat, maritum abliguriendo forsan pecuniam damnificare uxorem, hoc enim ex post facto contigit, & tunc non creditor uxorem, sed eam maritus laedit, quod creditori damnosum esse nequit.

l) Hoc signum §. extinquendum & simpliciter legendum P. 3. Tit. 96. 102. & 104. prout correctum fuit per declarationem Regiminis de 7. Jul. 1758.

XXXIX.

Occasione Mutuorum cum Judaeis contractorum specialis, & sequens adest Dispositio de 18. Jan. 1759.

Obwohlen auch Tertio zu der Protollirung deren zwischen Christen und Juden sich ergebenden Anlehens-Contracten, des schuldenden Unterthanens Eheweib bey dem Amt hat zugegen seyn, nnd einwilligen sollen, die öfters vorfallende Ehehafften aber nicht gestatten, daß beede Eheleut von ihrem häußlichen Weesen sich entfernen, so verordnen wir hiermit gnädigst, daß ins künftige bey vererbten, uud nicht in dem Ort, woselbsten sich der Beamte befindet, wohnhaften Eheleuten, dergleichen Anlehns-Contracten auch nur in Anwesenheit des Ehemanns bey Amt, nach Maaßgab deren im Jahr 1731. und 1750. ergangenen Fürstl. Mandaten genau untersuchet und protocolliret, dabey des Eheweibs Einwilligung, entweder vermittels derselben eigenen Hand-Unterschrifft, oder, dafern sie des Schreibens unkündig wäre, durch ein vom Orts Schultheisen, und zweyen Zeugen unterschriebenes Attestat vom Juden bescheiniget werden solle. Ausser deme, und da die schuldende vererbte Eheleuth in dem Ort, wo der Beamte wohnet, sich auch befindet, das Weib jedesmalen selbsten bey der Untersuch- und Protocollirung des Anlehens-Contracts anwesend seyn solle. Hingegen]

4to. Wird die Gegenwart und Einwilligung derenjenigen Eheweibern nicht erfordert, welche mit ihren

Ehe-

Ehemännern auf keine Art vererbet seynd, oder da die Eheleuth ein öffentliches Gewerb treiben, und daraus ihre Nahrung suchen, von welcher Gattung die ståte- oder Schildwirth, die Krämer, Becken, Metzger, Schuster, Höchner, Sattler, Weiß- und Rothgerber, und andere solcherley Professionisten seynd, welche commerciren, und nicht nur offentliche Feilschafts-Läden haben, sondern auch mit ihren Waaren die Jahrmärkt besuchen, somit zur Fortsetzung ihres Gewerbs eines Credits, bedürftig seynd, und also Geld darzu erborgen: als worzu in diesen Fällen des Eheweibs Einwilligung nach der Kaiserlichen Landgerichts-Ordnung unsers Herzogthums zu Franken P. 3. Tit. 104. §. 6. nicht erforderlich ist. Gleicher Gestalten wollen wir es auch bey der Lands-Verordnung vom 13ten Augusti 1750. ad punctum 10. fernerhin belassen, Kraft dessen bey denen Viehe- Contracten ohne Unterschied, es mögen nun die Eheleuth miteinander vererbt seyn, oder nicht, die Einwillignng des Eheweibs nicht vonnöthen ist. *m*)

XL.

---

m) Haec partim mutata partim clarius ex post declarata fuere in Mandato de 22. Iul. 1777. §. 11. & seq. his verbis.

11) Erklären Wir den Sechsten §. des nur erwähnten 104ten Titels folgendergestalten, daß, gleichwie nach hiesigem Landes Gebrauch die Eheleute gemeiniglich ein gemeinschaftliches Gewerb führen,

also

§. XL.

Debita conjugum.

De his multa non attinet dicere, cum alibi

---

also auch jenes Eheweib, so einen Ehemann, der dergleichen offentliches Gewerb treibet, als da sind Gewandschneider, Krämer, offentliche Gastgeber und dergleichen, die wegen diesem Gewerb gemachten Schulden allerdings zu bezahlen mit verbunden, und ihm die Ausnahm, daß er das offentliche Gewerb nicht getrieben, nicht zu statten kommen solle, es wäre dann Sach, daß

12) Eine zu einer solchen Ehe schreitende Weibsperson sich noch vor der Ehe namentlich dahin verwahren, auch ein förmliches Proclama darüber errichten, und von offentlicher Kanzel ablesen, sodann bey Kaiserlichem Landgericht confirmiren lassen würde, daß sie nämlich das offentliche Gewerb nicht mittreiben, aber auch die desfalls gemachten Schulden nicht mitbezahlen wollte, dahingegen aber nachmals diesem nicht entgegen handeln würde. Wo jedoch

13) Bey dessen Unterlaß einem dergleichen Eheweib immer noch unbenommen bleibet, gegen einen von dem Mann in Betreff des offentlichen Gewerbs eingegangenen schädlichen Contract in der behörigen Zeit reclamiren zu können, massen

14) Wann ein dergleichen nachtheiliger Contract in einer andern als in das treibende offentliche Gewerb einschlagenden Sache von dem Ehemann sollte abgeschlos-

bi *n*) fusius ea tractarim, sicque eo me remittam. Coronidis loco aliqua tantum adhuc circa debita, non quotidie occurrentia, ibique haud tacta addo.

§. XLI.

---

schlossen werden seyn, und keine andere Vermögens-Vereinschaftung, als durch das mehr ermeldte treibende Gewerb zwischen den Eheleuten entstanden seyn sollte, das Eheweib dagegen zu reclamiren nicht einmal nöthig hätte.

n) Delineat. Element. Jur. Francon. §. 96. Conferatur etiam Dissertatio de Communione bonorum, supra Opus. XXI. Cui addendus venit §. 10. Mandati de 22. Julii 1777. sequentis tenoris:

Und da nach hiesigen Land Rechten die Eheleute entweder durch Erzeugung der Kinder oder durch Vereinkindschaftungen, oder durch Condonationes, welche vermög der Landesverordnung vom 13 July 1709. am Kaiserlichen Landgericht confirmiret werden müssen, eine vollkommene Güter-Gemeinschaft (oder Communionem bonorum) eingehen, (worunter jedoch die Testamenta und Pacta reciproca nicht zu verstehen sind, als welche bey Lebszeiten der beyder Eheleute noch keine Communionem bonorum einführen) sofort vermög des Zweyten §vi Part. 3. Tit. 104. die währender Gemeinschaft gemachten Schulden gegeneinander zu bezahlen schuldig sind, hierüber jedoch sich noch einiger Anstand ereignet hat, wie es nach aufgehobener solcher Vermögens-Gemeinschaft mit Zahlung der Schulden gehalten werden solle: So erklären Wir solche Stelle dahin, daß, gleichwie ein in communione bonorum lebendes Eheweib vermög

§. XLI.

Communio noſtra univerſalis transire poteſt in particularem, particularis vero mutari in univerſalem; quia enim communio univerſalis oritur in Matrimonio ſine pactis, vel a) ex ſupervenientia liberorum, vel b) ex unione prolium, vel c) ex condonatione: Hinc ſi liberi parentibus praemoriantur, vel unio diſſolvatur, vel mutuo conſenſu condonatio annulletur, ſemper communio univerſalis in particularem transibit, & reſpectu conjugum effectus tantum communionis particularis aderunt; nequaquam vero reſpectu Tertiorum, v. g. intuitu communionis bonorum univerſalis cum Conjuge contrahentium, ſicque alterata licet communione Jura communionis univerſalis obtinebunt reſpectu Creditorum.

Nnnnn 2 §. XLII.

mög Land Mandati de Anno 1700. alle Contracten, wogegen es nicht in Tempore reclamiret hat, und ſelbſt ſeinem Ehemann keine andere Exception dagegen zugekommen wäre, zu bezahlen gehalten iſt, alſo dergleichen gemeinſchaftlich gemachten Schulden von jenem Vermögen, was bey Contrahirung der Schuld vorhanden geweſen, auch gemeinſchaftlich, ſo aber ſolches nicht erklecklich, von jenem nachmals erſt einem oder dem andern Theil zugefallenen Vermögen von jedwederm Theil nur die Halbſchied bezahlet werden.

§. XLII.

Mutatur autem communio bonorum particularis in universalem, quando priores tres dicti modi Matrimonio sine pactis accedunt, & vel a) Liberi nascuntur, vel b) Unio prolium, stante Matrimonio, cum liberis prioris Matrimonii vel divisis, vel sine divisione praecedente noviter unitis initur, vel c) Condonatione subsequente: & tunc Jura communionis universalis obtinere nullus dubito, cum ex parte conjugum iis volentibus nulla inferatur injuria: Tertiis autem, quibus per communionem universalem magis prospectum est, nihil praejudicetur. Quodsi vero stante communione particulari ab uno conjugum de suis cum tertio contractus, altera parte inscia, vel invita, initus sit, per ipsam communionem universalem expost stabilitam ille consensus suppletur, cum conjuges sciant, scireve debeant, per communionem bonorum universalem etiam illam differentiam debitorum antematrimonialium vel in matrimonio contractorum tolli. *o*)

§. XLIII.

Contingit interdum, mulieres viris nubere obaeratis, celatisque debitis, inire Matrimonium sine pactis, postea vero in debitorum venire notitiam, an & quomodo ergo his succurrendum sit? inquirendum;

o) Ord. Prov. P. 3. Tit. 104. §. 2.

dum; & nullus dubito, quin tales perſonae ad liberanda ſua bona ab impetitione creditorum, ſi liberi adhuc nulli ſuſcepti ſunt, nec condonatio aliqua fuerit celebrata, cum maritis ſuis noviter pacta dotalia conficere, & ſic ſibi proſpicere queant, dum enim ex una parte Leges provinciales, etiam ſtante Matrimonio, pacta dotalia inire permittunt, *p*) ex altera autem parte creditoribus in bonis uxoris nonniſi per condonationem aut liberos Jus aliquod adquiritur, non video, quare non cum conſentiente marito pacta dotalia inire valeat uxor. Et quamvis videri poſſet, id ex parte mariti in damnum fieri creditorum, ſicque dolum committi; hoc tamen me non movet, cum creditores Jus nequaquam habeant in bona uxoris, marito autem prohibere nequeant, pacta dotalia vel ab initio Matrimonii, vel ſtante eo valide conficere; dummodo per ea in bonis mariti propriis nullum ſentiant damnum; *q*) neque dubito, quin & hoc, uxore jamjam gravida, fieri poſſit, cum liberi nati & vivi, non vero naſcituri ad inducendam communionem bonorum deſiderentur. Cui regula, quod naſci-

---

p) Ord Prov. P. 3. Tit. 99. §. 6. conformiter L. 7. & L. 20. §. 1. ff. de pactis dotal.

q) Videtur obſtare Ord. Prov. Part. 3. Tit. 104. §. 7. ubi pacta creditoribus haud nocere aſſeritur: ſed hic §phus qui de conjugibus mercaturam vel negotiationem communem exercentibus tractat, ad alios caſus haud eſt extendendus.

nascituras pro nato habeatur, non obstat, quia brocardicum hoc in favorem liberorum introductum aliis non prodest, nec in liberorum odium est detorquendum. Quodsi vero maritus in talia pacta vel consentire nolit, vel fusus jam sit partus, itidem non video, quare non mulier probans, se ob celata debita dolose quasi ad nuptias inductam, reclamare queat intra 6. septimanas a die notitiae, cum omnia, quae in mandato de 1700. requiruntur, hic adsint; Quid? quod & mulieri in hoc casu adhuc Leges provinciales r) aliud dent remedium, scilicet renunciandi bonis mariti, & sic se liberandi.

§. XLIV.

De dispositione mortis causa, in quantum conjugibus competat circa varias bonorum species, nil attinet dicere, cum Ord. Prov. P. 3. T. 39. §. 22. haec sufficienter & clare determinet.

SECTIO

r) Ord. Prov P. 3. Tit. 104. §. 9. & 10. In verbis: Erb seyn will. Cui sententiae etiam adstipulantur Clariss. DD. BARTHEL & ZEHNER in Corollario V. Dissertationi de Jure haereditario aut feudi successorio &c. &c. Wirc. 1737. 4. subjecto his verbis: *Mulier ex conjuge susceptis, & de facto viventibus liberis non obligatur debita mariti ante matrimonium contracta solvere, sed potest se liberare renuntiando bonis ejus.* Neque obstat §. 2. Tit. cit. 104. utpote qui regulam, §. vero 10. exceptionem continet. Conferantur & ea, quae supra Opusculo XX. hujus Sectionis pag. 1489 & seqq. fusius deducta leguntur.

SECTIO I.
OPVSCVLVM XXIIII.

JOS. MARIA SCHNEIDT ETC.
DISSERTATIO
DE

SUCCESSIONE CONJUGUM

JUXTA
JUS ROMANUM, GERMANICUM
ET IN SPECIE
FRANCONICUM.*

SECTIO I.
DE SUCCESSIONE IN GENERE.

§. I.

Si successionem, & quidem universalem, juxta ideam Juris Romani consideremus, illa describi poterit, quod sit transitio in universum Jus alterius de-

* Prodiit haec Dissertatio Anno 1774. dum Author Domino Ioanni Iosepho Reiss Gradum Licentiatus in Vniuersitate huiate conferret; hic vero multo auctior & cum noua appendice, Statuta varia in Circulo Franconico continente, comparet.

defuncti. *a*) Sicque fictione Juris haeres pro ipso Defuncto habetur. Non nego, fictionem hanc complura producere paradoxa, tam rationi naturali, quam legibus ipsis civilibus dissona: *b*) inde tamen eam statui

---

a) L. 11. ff. de diverf. temp. praefcript.

b) Quomodo enim induci fuit possibile, inquit Philip. de Casolis in Tractatu suo de Testamentis & successionibus §. 7. quod corpus mortuum in persona haeredis viventis repraesentetur, & vivere intelligatur; & quod haeres vivens repraesentet illum ut vivum, qui subtractus est & subductus a vita per naturam, cui resisti non potest, & qui moriendo solutus est ab humanis; & cujus vitae nullae supersunt reliquiae. Hoc enim, quod sic disponitur, nedum est irrationabile, sed impossibile, quod vivens intelligatur mortuus, & mortuus intelligatur vivens. Et si per fictionem Juris fiat, quod haeres repraesentet defunctum, hoc fingere etiam in sensu Juris est impossibile, quia fictio semper debet esse de possibili, quamvis sit contra veritatem. Arg. L. 16. ff. de adoptio.

Hoc & impossibile est alia ratione, nam homo per naturam potest vivere centum annis, viveret autem mediante hac fictione ducentis, quingentis annis, cum & haeres haeredis &c. primi testatoris haeres sit, & eum repraesentet. L. fin. de haered. inst.

Videtur ulterius repugnare, quod haeres ex simplici voluntate, & sic efficiatur Dominus rerum haereditariarum: cum tamen rerum vacantium nemo possit simplici voluntate & sine actu corporeo apprehensionis Dominus fieri. L. 55. ff. de aquir. rer. Dom. Res hae-

tui non potuiſſe, concludendum haud eſt. Quodſi enim ſtante ſemel ſocietate ſumma neceſſitas, *c*) publica & privata utilitas, *d*) reipublicae tranquillitas, *e*)

---

haereditariae autem ſunt res vacantes a dominio, cum Dominus ſit mortuus, & hinc deberent concedi occupantibus. L. 3. ff. de aquir. rer. dom. Praeterea actiones perſonales & active & paſſive inhaerent perſonae, & veritati ſeu potentiae, velut paſſiones perſonales & oſſibus infixae. Qua autem ratione transferuntur iſtae virtutes & paſſiones ad perſonam haeredis? Deinde hic datur fictio fictionis, ſcilicet duplex fictio, quod haeres repraeſentet defunctum, & quod ſimplici voluntate aquirat dominium. Quomodo denique convenit rationi, quod vivens, qui non habet rerum dominium poſt mortem, illud per teſtamentum transferat in haeredem? hactenus DE CASOLIS.

c) Si dominia rerum morte plenarie extinguerentur, neceſſe & foret obligationes extingui, cum, unde adimpleantur, non ſuperſit: ſicuti ergo ſumma neceſſitas exigit, obligationes perpetuari, & Jura erga haeredes malae fidei poſſeſſorum conſervari, ſic & dominium ſalva tamen fidei qualitate in haeredem transferri, neceſſarium erit.

d) Tolle ſucceſſionem, & regnabit deſidia, imperabit negligentia, ceſſabit ſtudium aquirendi, & conſervandi: refrigeſcet amor mutuus, obſequia ob defectum remunerationis tepeſcent, & reſpublica nonniſi ſumme neceſſariis inſtructa in aerumnas redigetur.

e) Declara haereditates res nullius, & perpetuum erit inter primo occupantes bellum.

ſuo modo charitas & pietas *f*) fictionem aliquam ſuadeant, eam praeter communem rationem introduci poſſe non tantum utile, ſed & jure poſitivo ſtabiliri debere nemo inficias ibit.

§. II.

Stabilita jam ſucceſſione, neceſſarium erit inquirere in ipſam fictionem, & illius rationes, ut eo facilius exinde de ordine ſucceſſionum regulae efformari queant. Si, prout inter omnes conſtat, praecipuus dominii & proprietatis effectus eſt, res alienare & in alium transferre, g) facile concludere licebit, & Domino modum aut conditionem alienationi adjicere liberum eſſe: cumque ejusmodi conditiones, ut collata revocari poſſint uſque ad mortem; ut non prius, quam poſt mortem translatio effectum ſortiatur,

f) Ecquis enim erit, qui commodet, mutuet, opem praeſtet, ſi morte debitoris eveniente deſit occaſio, unde ſuum recipiat, aut mercedem expectet ab haerede.

g) Aristot. Rhetor. L. I. C. 5. ſic ait: Divitiarum partes ſunt nummi, agri, praedia, ſuppellex, animalia bruta, mancipia multitudine, magnitudine pulchritudineque excellentia: quae omnia firma, amoena utilia eſſe nimirum debent — — Firmorum autem definitio, ut hic eſt, ſic poſſideas; ut & uſus ejus, & retinendae & alienandaeque proprietatis poteſtas in te ipſo ſit. Confer. Hug. Grot. de Jure belli & pacis Lib. 2. C. 6. §. 1. & 14.

tur, rationi naturali nequaquam repugnent; *h*) ſponte ſua fluet, ſucceſſionem a vivente expreſſa ſua voluntate

h) Nec mihi quis objiciat cum HEINNECCIO in Elem. Jur. Nat. L. I. §. 287. „ Contradictionem implicare „ videtur, hominem aliquid velle in illud tempus, „ quo velle non poſſit, & dominium rerum ſuarum „ tum demum in alium translatum cupere, quando ipſe non amplius earum ſit dominus. Quod „ ſane tam a recta ratione alienum eſt, ut ipſi Romani nonniſi meris fictionibus tantum contradictionem tolli poſſe faterentur. „ Haec enim ſi ſtringerent, revera omnis proprietas morte finiri deberet, & ſic alienationes a vivis factae forent reſcindendae: — Ea enim, quae HEINNECCIUS hic profert, eatenus tantum ſtringunt, quod teſtamenta de Jure praeceptivo haud ſint; prout L. cit. §. 291. ſe ipſum ſic explicat: „ Attamen quum argumenta, quae adhuc explicavimus, „ omnia teſtamenti factionem quidem Romanam penitus evertant, at non proinde obſtent diſpoſitionibus omnibus de futura ſucceſſione: Merito jam „ quaeritur, quaenam illae ſint, quae Jure Naturae „ adprobentur? Reſponſum cape. Non aliae, quam „ pacta, quibus vel homines morientes ipſam poſſeſſionem cum dominio rerum ſuarum in alios transferunt, vel ſani illis Jus ſuccedendi in caſum mortis attribuunt. Quum enim, quod noſtrum eſt, „ non modo in praeſens, ſed & in futurum alienare „ liceat: licebit etiam de ſubſtantia noſtra, ſive in „ praeſens, ſive in futurum mortis eventum, in alterum transferenda paciſci.

Et quamvis haec tantum pacta ſucceſſoria, tanquam

luntate determinari posse, & inde vulgo sic dictam successionem ex testamento oriri. *i*)

§. III.

Visis fundamentis successionis expressae testatoris voluntati innixae, jam & fontes successionis, ut vocant ab intestato, indagabo. Si id, quod Justinianus *k*) asserit, liberos esse quodammodo Dominos rerum paternarum, in ipsa ratione naturali certum haberet fundamentum, successio inter parentes & liberos nulla laboraret difficultate; sed dum hoc principium varias patiatur objectiones, & deficientibus li-

quam negotium bilaterale concernere videantur; non tamen video, quare non & huic negotio conditio, si alter acceptet, neque me poenituerit, adjici possit, & sic negotium ab initio unilaterale, cujus me non poenituit, per acceptationem expost transeat in bilaterale, exemplo pollicitationis etiam Legibus Romanis stabilitae.

i) Exinde tamen ne inferas: testamenta Juris Romani sunt Juris Naturae; sed hoc tantum: testamenta Juri Naturae non repugnant; Et vel ex eo solo privilegia Juris Romani dici possunt, quod apud eos omnia pacta successoria (quae sola forent modus de Jure Naturae transferendi bona post mortem) fuerint prohibita tanquam bonis moribus contraria, sicque ad extraneos bona post mortem conferendi omnis Romanis secluso testamento defuisset occasio.

k) §. 2. Inst. De haer. qual. & differ. secutus Philosophiam Pauli in L. 11. ff. de liberis & posth.

liberis ad alios applicari nequeat, alia incedendum erit via, a GROTIO *l*) monſtrata. Rejiciamus ſemel illud legibus tranquillae ſocietatis repugnans principium: Haereditatem jacentem eſſe rem nullius; neceſſarium erit, aliquem conſtituere Dominum, cum defunctus dominium exercere amplius nequeat: Eum ergo pro Domino habere licebit, cui, ſi defunctus adhuc velle & nolle haberet, dominium hoc dediſſet: Ad conjecturam ergo voluntatis recurrendum: In dubio autem id quis voluiſſe cenſendus eſt, quod velle vel debuit, vel in defectu obligationis magis eſt honeſtum. *Amicis* benefacere ſaepe ſub obligationem, ſemper ſub honeſtatem cadit: Volet ergo Defunctus bona ſua potius amicis, quam extraneis conferre, potius magis *amicis*, quam in *amicitiae* linea remotioribus.

§. IV.

Amicitia fundatur in aliqua ſimilitudine affectuum & paſſionum. *m*) Similitudo haec fundamentum habet in anima & corpore; cum animae ſibi ſint ſimiles in hominibus, hinc quo magis convenient inter ſe prima corporum conſtitutiva, quod ſanguinem dicere liceat, eo major etiam praeſumi poterit amicitia.

l) Lib. cit. cap. 7. §. 3.

m) Ut late deducit ARISTOT. Ethic. ad Nicomach. Lib. 8. per totum.

citia. *n*) Et inde corollarii loco ponere licebit; quo quis plus ſanguinis communis cum altero habet, eo majus & erit amicitiae vinculum: Hanc autem communis ſanguinis participationem vulgariter per lineas & gradus diſtinguimus. Succeſſio ergo ad gradu proximiores remotioribus excluſis devolvitur. Cumque liberi integram ſubſtantiam a parentibus habeant; parentes vero non habeant hoc commune a liberis, facile patebit, ordinem Aſcendentium excludi ab illo Deſcendentium; His autem deficientibus ad eos devolvi ſucceſſionem, qui plus ſanguinis cum Defuncto participant, nempe Collaterales, & ultimato ad Rempublicam, a qua ſuo modo bona proveniunt.

§. V.

Sed ut ſcopo propius accedam, quo ergo loco ponendi ſunt conjuges? & fine penitius conſiderato regulam invenire licebit. Conjugium in ſenſu naturali eſt ſocietas ſimplex perſonarum diverſi ſexus procreandae educandaeque ſobolis cauſa inita: Non ergo hic naturalis amicitia ex ſanguine oriunda procedit, ſed ad ejusmodi ſanguinem producendum initur: Conjux ergo radix eſt amicitiae, non vero effectus ami-

n) Nemo objiciat, ſaepe amicitiam erga extraneum eſſe fortiorem, quam erga ſanguine junctos: Nam hoc nec univerſale, nec etiam naturale eſt, hinc potius ad exceptiones, quam regulam pertinet; ſicque expreſſa voluntatis declaratione hic opus erit.

amicitiae vere naturalis. *o*) Si ergo inter conjuges ſanguinis ſimilitudo non adeſt, nec eos ad ſucceſſionem vocari prae conſanguineis patebit. *p*) Et quamvis non deſint, *q*) qui ex commmunione bonorum in Germania nunquam non uſitata aliter concludant, neutiquam tamen ab hac ſemel poſita naturali ratione divelli poſſum, cum hoc Condominium, potius in moribus fundatum, ipſi naturae non attribuam. Inde eſt, quod inter Romanos, variasque Gentes ſucceſſio conjugum ordinaria ignoretur, & inter ipſos Germanos primis temporibus valde dubia, ſequiori autem aevo valde vaga & diverſa reperiatur.

SECTIO

---

o) Inde illa principia: Conjuges affines non ſunt, ſed principium affinitatis. Affinitatis vere talis non ſunt gradus. Affinitas non parit affinitatem.

p) Inde axioma: Affinium nulla ſucceſſio: inde eſt, quod deficientibus conſanguineis ob vinculum ſocialitatis ſucceſſionem conjugibus dederit Praetor: & quod ob redundans in alterum conjugem & familiam opprobrium leges plus indulſerint circa conjugem inopem, quam locupletem.

q) Vid. Joann. Pet. Ludewig de ſucceſſione conjugum & diſſortio liberorum in appendice.

SECTIO II.

DE SUCCESSIONE CONJUGUM ROMANA ANTIQUA.

§. VI.

Nuptiae, inquit MODESTINUS, r) ſunt conjunctio maris & foeminae & conſortium omnis vitae: divini & humani Juris communicatio. Qui ergo nuptias legitime contrahebant, conjuges vocabantur. Fiebant nuptiae vel ita, ut uxor conveniret in manum s) & fieret nomine Mater- re autem filia familias: vel ut ſine in manum conventione dotalia conficerentur inſtrumenta & non Materfamilias, ſed Matrona appellaretur. t) Prius fiebat confarreatione, coemtione & uſu. u) Poſterius pactis. Effecta quod attinet, ea per conventionem in manum erant varia: ſic I. inducebatur communio ſacrorum: II. naſcebant-

r) L. I. ff. de Rit. Nupt.

s) Id eſt in poteſtatem conjugis non maritalem tantum, ſed fere patriam veniebat.

t) GELL. Noct. Att. XVIII. 6.

u) CICERO pro Flacco cap. 34. ARNOB. adv. gent. IV. p. 83. SERV. ad VIRG. Geor. I. v. 31. BOETH. ad CICER. Top. III. Barn. BRISSONIUS de ritu nuptiarum & Jure connubiorum. Ant. HOTOMANNUS de vetere ritu nuptiarum. THOMAS. de uſu pract. Doctr. Inſt. de nuptiis. LUDEWIG Diſſ. ſupra cit. in Append. HEINECC. Antiquit. ſynt. ad Tit. X. Lib. I. Inſtit. ubi formam horum rituum uberius explicatam invenies.

bantur liberi patrini & matrini, quorum insignis erat in sacris praerogativa: *x*) III. Uxor in manum conveniens fiebat Materfamilias, filiae loco habebatur, erat sub patria mariti quasi potestate, & sic haeres sua. IV. Bona uxoris aquirebantur marito. V. Ejusmodi nuptiae sola diffarreatione aut remancipatione solvebantur. *y*) Contracto autem sine ullo horum rituum matrimonio, uxor non conveniebat in manum mariti, neque fiebat Materfamilias sed Matrona, & hinc neque succedebat ab intestato marito, neque hic uxoris bona omnia dotis nomine accipiebat; liberiora in his divortia & pacta dotalia regulam agendorum constituebant. *z*)

§. VII.

Duravit haec rerum facies usque ad tempora Legum XII. Tabularum: sed per Tabulam V. insignem passa est mutationem.

Pa-

---

x) Tacit. Hist. IV. 53. Festus voce Flamines, & voce Patrinus.

y) Dionys. Halicarn. Lib. 2. sic ait: Familiae Domina, aeque ac ipse vir, quae in ejus defuncti bona, ut filia in patris haeres succedebat; Et si sine liberis & intestatus abiisset, erat omnium bonorum relictorum Domina, sin autem liberos habuisset, ex aequo cum liberis particeps erat.

z) Heinnec. loc. cit.

Paterfamilias, uti legasit super pecuniae tutelaeve suae rei, ita Jus esto. Ast si intestato moritur, cui sus heres nec escit, agnatus proximus familiam habeto. Si agnatus nec escit, gentilis familiam heres nancitor.

Quamvis enim dubio careat, uxorem, quae in manu mariti erat, inter suos haeredes relatam fuisse, sicque successisse marito, *a*) maritumque uxori ut Patrem, attamen exolescente in manum conventione, etiam jus hoc succedendi inter rariora inveniebatur.

§. VIII.

Durum sane hoc videbatur Praetori, ut vocatis etiam extraneis haeredibus conjux vitae ac fortunarum socia excluderetur; hinc aequitate motus locum quidem, sed ordine demum nonum & resp. septimum in bonorum possessione concessit; *b*) frequentia enim Romanorum divortia, foeminarum Italicarum otia, periculum vitae insidiarum struendarum facile permovere poterant Praetorem, ut aliqua ex priori rigore relinqueret. Theodosius *c*) denique, & Justinianus *d*) hanc bonorum possessionem, unde vir & uxor, quarto loco posuere.

§. IX.

---

a) Ulp. fragm. XII. 14. Cajus apud Auth. Collat. LL. Mosaic. & Roman. Tit. 16. 2. Gell. Noct. Attic. XVIII. Dionis. Halic. Lib. 2.

b) §. 1. Inst. de bonor. poss.

c) L. 1. C. Unde vir & uxor.

d) §. 2. Inst. de bon. poss.

IX.

Justinianus equidem varia circa ſucceſſionem ab inteſtato mutavit, *e*) ſed dum conjugum ſucceſſionis nullam injecit mentionem, bonorum poſſeſſionem praetoriam in priori ſtatu eo certius reliquiſſe videtur, cum tribus ab eo conſtitutis ordinibus, puta deſcendentium, aſcendentium & Collateralium exinde nullum inferatur praejudicium, antea autem jam fiſco conjugem praetulerit, hancque legem Codici *f*) repetitae praelectionis inſeri juſſerit.

§. X.

Praeterea idem Justinianus circa conjugum pauperum ſucceſſionem quaedam ſtatuit: poſtquam enim conſtituiſſet, ut, ſi maritus uxorem inopem ſine cauſa repudiaſſet, vel haec juſta de cauſa ab eo fuerit ſeparata, aut matrimonium morte ſolutum, quarta pars ſubſtantiae mariti mulieri ea tamen lege, exſolveretur, ut nunquam 100. libris amplius accipiat mulier; addidit, ut ſi defuncto marito tres paucioresve eſſent liberi, ſive ex ea, ſive ex alio mariti matrimonio, uxor quartam bonorum mariti accipiat: ſi plures, virilem. Proprietatetenus quidem, ſi talis uxor filios ex defuncto non habuerit; Uſufructutenus tantum, ſi habuerit. Et ſi minus ſupradicta parte

 mu-

e) Nov. 118.

f) L. 1. ſup. cit.

mulieri a marito relictum fuerit; ei actio detur suppletoria; extensione ad maritum inopem superstitem facta, quae tamen extensio postea sublata fuit. g)

§. XI.

Occurrit praeterea adhuc alia successionis, suo modo conjugalis species sic lege h) determinata.

Si viva matre emancipati sunt filii, & postea decessit Mater: quoniam omni commodo destituitur Pater, neque retinet usumfructum, viriles ei inter filios (sive unus sive plures sint) ususfructus tribuimus portiones. Sin vero mulier moriens alios ex filiis emancipatos a patre, alios in patria potestate dimiserit, in hoc casu dispari utetur maritus defunctae beneficio. Quo casu utrique praescripsimus: id est circa eorum quidem portionem, qui adhuc in sacris retinentur, usumfructum ex legum autoritate retinebit pater: & praemium delatae emancipationis, cum volet, accipiet. In eorum vero parte, quos exisse de potestate viva Matre constiterit, usumfructum virilis inter eos portionis secundum praescripta percipiet. In nepotibus etiam vel neptibus hoc observandum esse censemus, ut maritus, qui uxore mortua non extantibus filiis cum solis nepotibus vel neptibus ex hac lege ad emolumentum vocandus est: Si unus vel una pluresve nepotes ex filio uno, vel plu-

g) L. 11. Cod. de repud. Nov. 22. C. 18. Nov. 53. C. 6. Nov. 74. C. 5. Nov. 117. Cap. 5.

h) L. 3. C. de Bon. matern.

pluribus, qui in poteſtate defecerunt, procreati ſunt: hoc Jure utatur, quod de filiis conſtitutum eſt. Nam licet hoc novum praeſens lex conſtituat in nepotes: non tamen ab re eſt, ut in hoc caſu deteriores eſſe nepotibus filii non ſinantur. Habeat igitur avus veniens cum nepotibus in poteſtate durantibus, uſumfructum bonorum omnium, quae ex defunctae aviae ſucceſſione delata ſunt. Cum vero his quoque libertatem emancipatione largitur: ſimiliter & ab ipſis, ſicut de filiis conſtitutum eſt, praemium manumiſſionis accipiat: vel ſi ex pluribus alteros manumittit, alteros retinet: ex parte manumiſſorum legitimum praemium, ex parte vero in poteſtate manentium retineat uſumfructum. Quodſi nepotes ſint neptesve, aut ex emancipato filio aut ex filia procreati, aut ab ipſo, avia vivente, ſacris dimiſſi, idem avus virilis cum ipſis portionis habeat uſumfructum. Si vero ex nepotibus neptibusve tempore, quo in aviae ſucceſſionem vocantur, alii in avi ſunt poteſtate, id eſt mariti defunctae, alii ſui Juris ſunt: circa perſonas quidem eorum, qui in poteſtate conſiſtunt, & in uſufructu conſequendo, & in emancipationis praemio conquirendo, ratio ſupradicta ſervetur, In his vero, qui ſui Juris ſunt, facultas capiendi uſusfructus virilis inter eos portionis habeatur. Eadem autem & de pronepotibus utriusque ſexus ſancimus: manente definitione, quae de ſingulis ſancita eſt, ſi filii ſint pariter ac nepotes.

 §. XII.

§. XII.

Ex hactenus dictis sequentes formare licet conclusiones.

I. Regulariter & de Jure Civili antiquo conjuges sibi invicem ab intestato non succedebant; Noviori tamen & ex beneficio Praetoris per bonorum possessionem certo modo petendam *i*) admittuntur.

Coroll. Si ergo successio adsit testamentaria, conjux excluditur.

Schol. Quia conjugibus solis indultum est hoc beneficium, hinc nec socer nurui, aut socrus genero, vel econtra succedit; hi enim tantummodo affines sunt, affinium autem nulla successio. *k*)

Concl. II. Ut conjux superstes successionem in bona defuncti conjugis petere queat, necessarium est, ut

i) L. 1. ff. Unde vir & uxor. L. 1. Cod. eod. tit. Praeter rationes jam supra allatas movere etiam poterat Praetorem, & ex post Imperatores, arcta illa conjugalis societas; cum enim cernerent fiscum excludi a socio liberalitatis Imperatoriae, L. un. Cod. si liberal. Imp. soc. sine haered. decess. a collegio naviculariorum, Decurionum, Cohortalium, Fabricensium. Tit. Cod. de haered. Decurionum & caeter. ab Ecclesia respectu Clerici, L. 20. C. de Episc. & Clerici. merito & societatem conjugalem fisco praetulere.

k) L. 7. C. Communia de success.

ut justum fuerit matrimonium, & ad finem usque vitae durarit. *l*)

Coroll. 1. Si ergo matrimonium sit nullum, propter impedimentum, successio locum non habebit.

Schol. Quod etiam de impedimentis civilibus intelligendum; quia enim successio haec est beneficium a potestate civili indultum, illud impeditis attribuendum haud erit.

Coroll. 2. Matrimonio ergo quoad vinculum (v. g. apud Protestantes) dissoluto cessabit haec successio.

Schol. Secus si tantum quoad thorum & mensam fiat dissolutio, quia enim tunc neutri parti ad ulteriores nuptias convolare licet, matrimonium, quamvis non facto, bene tamen Jure adhuc perdurat; *m*) Salvis tamen poenis, quas leges in

 cau-

l) L. 1. ff. Und. vir & uxor.

m) In cit. L. §. 1. videtur equidem contrarium statui, sed evoluta penitius lege meam stabiliri sententiam credo. Sic enim ait Ulpianus:

„ *Ut autem haec bonorum possessio locum habeat, uxo-*
„ *rem esse oportet mortis tempore.*

Ratio hujus est in promptu, si enim mortis tempore uxor non sit, hoc evenit, vel quod matrimonium sit injustum, vel quod divortio justo sit solutum; primo casu successio locum non habet, quia; ut idem Ulpianus in hac lege dicit, nihil propter injustum matrimonium capi potest. Secundo casu per divor-
tium

caufam divortio dantes v. g. per adulterium ftatuerunt. *n*)

Co-

tium apud Romanos ita inter ambos conjuges divortientes folvebatur matrimonium, ut nunquam amplius reftaurari potuerit: Divortiatae enim permiffum quidem erat nubere, cui velit, excipiebantur tamen divortiatus, & fummus Antiftes:

Pergit ULPIANUS.

„ *Sed fi divortium quidem fecutum fit, verum tamen* „ *jure durat matrimonium, haec fucceffio locum non* „ *habet.*

Id eft, fi uxor *injufte* divortierit, matrimonium Jure quidem durat, attamen beneficio fucceffionis in poenam uxor privatur: inde id, quod generaliter dixiffe videbatur ULPIANUS, jam reftringit:

„ *Hoc autem in hujusmodi fpeciebus procedit.*

Ergo non univerfaliter. fed ubi divortians uxor punitur, fcilicet:

„ *Liberta ab invito patrono divortit, Lex Julia de* „ *maritandis ordinibus retinet iftam in matrimonio, dum* „ *eam prohibet alii nubere invito patrono.*

Conf. hic. L. ult. ff. de Divort.

„ *Item Julia de adulteriis, nifi certo modo divortium* „ *factum fit, pro infecto habet.*

Hac lege AUGUSTUS cavit, ut divortium fieret adhibitis praeter libertum feptem teftibus, civibus Romanis puberibus, alias pro irrito haberetur. L. 9. ff. de Divort. Cum ergo haec ad Divortia noftra quoad thorum & menfam applicari nequeant, etiam ipfa Lex potius pro mea ftabit fententia.

n) Arg. L. GRACCHUS C. ad L. Jul. de adult. quia ex mala

actione

Coroll. 3. Inter ſponſum ergo & ſponſam, ſive de praeſenti, ſive de futuro ſint contracta ſponſalia, haec ſucceſſio apud nos exulat. *o*)

Schol. Sufficit tameu de Jure Romano Matrimonium, ut Canoniſtae appellare conſueverunt, ratum, quamvis non conſummatum. *p*)

Conſect. Cum ergo non concubitus ſolus, ſed maritalis affectus faciat matrimonium, *q*) Concubinatus hanc ſucceſſionem non parit. *r*)

---

actione conſortia, inquit Ant. DE ROSELLIS in tractatu de ſucc. ab inteſtato 2. 175., non debet quis privari Jure ſuo. Cap. Delictum perſonae. De R. Jur. in 6. Et ideo ſi conjux conjugem accuſat de adulterio, non perdit innocens lucra dotalia. Conf. L. B. DE CRAMER Wetzl. Nebenſtunden 76. Theil p. 118. & ibi fuſe allegatos.

o) Loquor hic in ſenſu Catholicorum poſt Conc. Tridentinum, vi cujus ſponſalia de praeſenti matrimonium non conſtituunt. Secus foret, ſi in aliqua regione illud receptum haud ſit, & juxta conſuetudinem Provinciae ejusmodi ſponſalia de praeſenti pro matrimonio in foro externo valeant.

p) Copula enim non eſt matrimonium, ſed uſus & effectus matrimonii, quia nuptias non concubitus, ſed conſenſus facit. L. 30. ff. de Reg. Jur. L. 32. §. 13. ff. de Donat. inter virum & uxorem. Cap. Cum initiatur cum ſeqq. Cauſ. 27. q. 2.

q) §. 13. cit.

r) Quamvis enim poſt latas leges Juliam & Papiam Popoeam

Schol. Et hoc de Jure Canonico, quo concubinatus est plane prohibitus *s*), nulli dubio subjacet: Multo magis ergo ad concubinam Clerici pertinet.

Coroll. 4. Ex matrimonio putativo respectu partis ignorantis datur haec successio. *t*)

Concl. III. Cum successio haec sit beneficium ex amore conjugali profectum, sequitur hoc beneficio indignum esse, qui culpa mortem alterius praeoccupavit. *u*)

Concl. IV. Cum nuptiae intra annum luctus contractae infamia coerceantur, & sic favore dignae haud

sint,

poeam concubinae nomen honestum esset; L. 144. ff. de verb. sign. & licita cum ea consuetudo. L. 5. C. ad SC. Orphit., adeo ut ab uxore solo delectu, & animi destinatione differret Paul. recept. sent. II. 20. 2. Dignitatem tamen non sequebatur ut uxor. L. 49. §. 4. ff. de Legat. 3. sicque cum succedere esset honor, a successione excludebatur.

s) Clement. ad nostram. De haeredit.

t) Arg. L. 4. C. de incest. & inut. nupt. verbis: *aut errore acerrimo.*

u) L. 10. §. 1. ff. solut. matr. quodsi tamen vir permittente lege occiderit uxorem adulteram, L. 4. C. de adult. successio locum habebit; neutiquam tamen, siquis infirmam conjugem non curavit, cum facile medicum habere potuisset. L. 31. §. 11. 12. ff. de aedilit. Edict.

ſint; x) etiam ſucceſſio haec locum non habebit, & ſic adeptam forſan haereditatem reſtituere tenebitur y) binuba intra annum luctus.

Schol. Cum poenae ſecundarum nuptiarum poſt annum tamen contractarum Jure Canonico z) ſint ſublatae, hinc etiam ſucceſſio in tali caſu locum habet.

Concl. V. Si conjuges inter ſe ſint conſanguinei, v. g. in gradu permiſſo, vel diſpenſato, cum hoc beneficium ſucceſſorium non ſit datum in odium Conſanguineorum, ſed fiſci, ſuperſtes non ut conjux ſuccedet, ſed ut conſanguineus, ſi inter proximos ſit; ſecus autem a proximioribus conſanguineis excludetur. a)

Concl. VI. Ab hac ſucceſſione conjux ſuperſtes excluditur per Deſcendentes, Aſcendentes & Collaterales legitimos. b)

Coroll. 1. Filius ergo naturalis patris, etſi foret ex concubina, excluditur a vidua ſuperſtite. c) Non vero naturalis matris excluditur a marito ſuperſtite. d)

Coroll.

x) L. 1. & 2. C. de ſecund. nupt.

y) Quod & ad conjugem intra annum luctus ex alio quam defuncto conjuge parientem pertinet. Auth. Eisdem C. de ſecund. nupt.

z) Cap. 4. & 5. X. de ſecund. nuptiis.

a) Arg. L. 1. C. Unde vir & uxor & Nov. 118.

b) L. cit. 1. & Nov. 118. C. 1. 2. & 3.

c) Auth. Licet C. de natur. lib.

d) Reſpectu enim Matris ſpurius non eſt L. 4. ff. Unde cognati §. 4. Inſt. de ſucceſſ. cogn.

Coroll. 2. Si conjux defunctus relinquat patrem naturalem, hic non excludit conjugem superstitem; secus si relinquat matrem naturalem; Quod & in avo, & superioribus est observandum.

Coroll. 3. Adoptivorum eadem est ratio respectu Patris, quae est naturalium respectu Matris. *e*)

Coroll. 4. Olim cognati usque ad sextum Gradum, & ex septimo a sobrino sobrinave nati excludebant Conjugem, *f*) hodie omnes cognati, quotocunque gradu sint, ei praeferuntur. g)

Concl. VII. Quamvis conjux ab hac successione excludatur testamento, nec non per Descendentes, Ascendentes, & Collaterales consanguineos: excludit tamen

1)

e) §. 3. Inst. de succ. cogn.

f) L. 1. ff. Unde cognati. §. fin. Inst. de success. cogn.

g) Nov. 118. C. 3. §. 1. Quamvis enim JUSTINIANUS in §. 5. Inst. de succ. cogn. videatur restrinxisse successionem hanc ad 10. gradum; eum tamen non terminative, sed explicationis gratia loqui, verba docent, *etsi decimo gradu sit.* Quod idem significat, ac si dixisset, etsi in remotissimo sit gradu: decimus enim gradus in §. 3. de Leg. Agnat. successione, *longissimus*, id est remotissimus dicitur; errat ergo communis propemodum sententia, successionem ad 10. gradum restringens, & quamvis ejusmodi cognatorum nomina non inveniantur, & vitae curricula vix ejusmodi cognatos admittant, hic tamen defectus Jus succedendi, si cognatio aliunde probari queat, non corrumpit.

1) Collegia, quorum membrum fuit Defunctus. *b*)

2) Ecclesiam, ubi maritus erat beneficiatus. *i*)

3)

---

b) Certum est Edictum Praetorium de successione extitisse tempore Jurisconsulti SALVII JULIANI, hic etenim in L. 1. & 4. ff. Unde legitimi, ipsa Edicti verba recenset; certum est JULIANUM floruisse sub HADRIANO PIO; & Divis, quos vocant Fratribus (scilicet circa medium saeculi secundi) hoc ergo tempore jam Jure Praetorio sibi conjuges successisse in aprico est. Dum ergo Privilegium succedendi Collegiorum originem suam habeat ab Imperatoribus CONSTANTIO, & THEODOSIO & VALENTINIANO: fluet exinde successionem conjugum successione collegiorum esse antiquiorem. Si jam L. 1. Cod. de haereditatibus Decurionum consideremus: „ Siquis navicularius sine testamento & libe„ ris *vel successoribus* defunctus sit, haereditatem ejus „ non ad fiscum, sed ad corpus naviculariorum, ex „ quo fatali sorte subtractus est, deferri praecipimus. Facile patebit, quod haec successio tantum ad excludendum fiscum, nequaquam vero alios *successores*, inter quos ex Edicto erant conjuges, fuerit introducta. Accedit ratio, successionem collegii ex Jure societatis derivari, nulla autem tam arcta civilis imo naturalis est societas, quam conjugalis.

i) Varios hic distinguere oportebit casus.

1) Cum Clerici orientales possint esse conjugati, & esse rectores Ecclesiarum Cap. 6. X. de Cler. conj. Can. 12. Dist. 31., nullus dubito, quin talis conjux ad haereditatem defuncti sit admittenda. Sed

2)

3) Socium liberalitatis Imperatoriae, *k*) &

4)

2) Cum in Ecclesia latina tale matrimonium sit damnatum saltem respectu ordinum majorum, nec matrimonium erit, nec successio.

3) Cum Clerici in Ordinibus minoribus constituti & conjugati simplex beneficium in Ecclesia obtinere queant, etiam tunc successioni locum tribuo. Cap. X. de Cleric. conj. caus. 12. q. 1. can. 8.

Si ambo conjuges monasterium intrent, vel uxor sterilis & senex in saeculo remaneat. Cap. X. de convers. conjug. deficientibus agnatis & cognatis, in bonis patrimonialibus successio conjugis obtinebit per L. express. 20. C. de Episc. & Clericis in verbis: *vel uxor extiterit*, imo & conjugem superviventem hanc haereditatem monasterio suo aquirere, affirmo per L. 56. §. 1. Cod. eod. Neque me in contrarium movet Nov. 5. Cap. 5. & ex eo desumta Auth. Nunc autem. Cod. eod., cum in Novella per verba: & dos mulieri servetur, & *ex morte pactum*: in Auth. vero verba *salvo tamen Jure uxoris:* uxori ejusque Juri succedendi abunde sit prospectum, & in fine Nov. 5. Cap. 5. hoc Jus ad utrumque conjugem sit extensum.

k) Dum enim Imperator CONSTANTINUS in L. un. C. Si Liberal. Imp. sic sancit: „ Jubemus, ut, si quis forte ex his, quibus communiter a nobis aliquid donatum sit, *nullo haerede* relicto decesserit, ad consortem potius solatium, quam ad personam aliam pars decedentis perveniat. „

Cum autem illo tempore conjuges ex edicto jam successerint, aperte patet, verba: *nullo haerede relicto*, etiam conjugem continere.

4) Fiſcum. *l*)

Concl. VIII. Bonorum poſſeſſio a conjuge intra 100. dies utiles eſt petenda. *m*)

§. XIII.

Haec de ſucceſſione conjugum praetoria; jam & Concluſiones formabo ſuper conjugum ſucceſſione civili in Novellis fundata, ita ut ordinem temporis ſim obſervaturus, quo ſervato diverſae etiam authorum circa hanc materiam ſententiae lucem ſuam accipient.

Concl. IX. Qui ſola affectione indotatam mulierem in uxorem accepit, eamque ſine juſta cauſa repudiavit, debet uxori quartam partem ſuae ſubſtantiae

---

l) L. 1. C. Unde vir & uxor.

m) L. 1. §. 9. ff. de Edict. ſucceſſ. & textus clarus in L. 2. C. Qui admitti ad bonorum poſſeſſionem.

„ Si bonorum poſſeſſio tibi duntaxat competit pro„ ximitatis nomine: habuiſti ſpatium 100. dierum „ utilium, ex quo eum defunctum ſciſti, ad bono„ rum poſſeſſionem amplectendam. „

Et quamvis objici poſſit, etiam ex Legibus & Conſtitutionibus Principum bonorum poſſeſſionem dari, ad hoc tempus non adſtrictam, hanc autem ſucceſſionem lege 1. Cod. Und. vir & uxor ab Imperatoribus tribui, attamen legem hanc inſpicienti patebit, eam non eſſe novam, neque aliam ſucceſſionem introduxiſſe, ſed antiquam ſucceſſionem tantum confirmare in verbis: *pro antiquo Jure ſuccedant.*

tiae praestare: ita tamen, ut haec quarta non excedat centum libras auri. *n*)

Concl. X. Eandem etiam quartam debet praestare marito uxor, quae sine causa divortit. *o*)

Concl. XI. Si decedat ex conjugibus locuples, relicto conjuge inope, ad superstitem pertinebit quarta eo modo, prout supra de quarta ob divortium danda dictum: sive liberi adsint, sive non, sive multi, sive pauci, ita quidem, ut, si defunctus aliquid minus

n) Textus expressus in L. 11. §. 1. Cod. de repud. & Nov. 22. C. 18.

o) L. cit. verbis: *Eodem modo servando & in mulieribus, quae indotatae constitutae, si sine culpa mariti constitutionibus cognita eas repudiaverit, vel ipsa culpam innocenti marito praebuerit.* Sed hic occurrit grave aliquod dubium ex verbo *indotatae:* quomodo enim ea, quae indotata est, & sic nihil habet, potest amittere quartam partem. Sed respondeo cum BRUNEM. ad h. l. Legem non intelligere sub nomine indotatae plane inopem mulierem, sed talem, quae dotem non constituit, etiamsi forsan bona haberet: quod & ipsi legi non repugnat, cum loquatur de eo, qui uxorem sine dote accipit, ex quo non ad inopiam, sed tantum omissionem dotalium instrumentorum arguitur. Posset & alio sed nimis violento modo difficultas solvi, si cum aliquibus loco *indotatae* legeretur *dotatae:* ut sensus legis foret: sicuti maritus injuste divortiens amittit quartam, sic idem & respectu dotatae injuste divortientis obtineat.

nus legaverit, quam hanc quartam, actionem suppletoriam habeat superstes. *p*)

Coroll. Hoc ergo tempore haec quarta 100. libras auri excedere non poterat.

Concl. XII. Novum autem Jus constituit Justinianus in Nov. 117. Cap. 5. his verbis:

„ Quia vero legem *q*) dudum posuimus praecipientem, ut, si quis uxorem aliquando sine dotalibus acceperit, cum affectu solum nuptiali, & hanc sine causa legibus agnita projecerit: accipere eam quartam partem substantiae ejus: & aliam *r*) post hanc fecimus legem decernentem, si quis indotatam uxorem per affectum solum acceperit, & usque ad mortem cum ea vivens, praemoriatur, accipere similiter & eam, quartam illius substantiae portionem: ita tamen, ut non transcendat hoc centum *s*) librarum auri quantitatem: in praesenti melius utramque legem disponentes, sancimus *in utroque casu* ex talibus matri-

p) Nov. 53. Cap. 6. Cujus ratio est, ut inopia conjugis per divitias salvetur alterius, Adde Nov. 74. C. 5.

q) L. 11. Cod. de repud.

r) Nov. 53. C. 6.

s) Cum ergo in parte narrativa faciat mentionem 100. librarum, in parte vero dispositiva hoc omittat, certum est, lege hac correctoria hanc quantitatem non attendi, sed quartam, qualiscunque sit, hic adjudicari.

trimoniis natos filios, legitimos esse, & ad paternam vocari haereditatem: uxorem autem *ex utroque borum casuum*, siquidem usque ad tres habuerit filios ejus vir, sive ex ea, sive ex alio *t*) matrimonio, quartam ex substantia viri accipere. Si autem amplius fuerint filii, tantum *in utroque similiter casu* accipere jubemus mulierem, quantum uni *u*) competit filiorum: ita qnippe, ut usum solum *x*) in talibus rebus mulier habeat: dominium autem illis filiis servetur, quos ex ipsis nuptiis habuerit. *y*) Si vero talis mulier

t) Et hoc in favorem liberorum paternorum, ne nempe haereditas paterna ad eos pertinens diminuatur.

u) Ergo portionem virilem, id est quatuor v. g. extantibus quintam partem.

x) Posset hic dici, non usumfructum sed nudum usum tribui mulieri, sed quia hic usus opponitur dominio, potius sub hoc verbo, ut saepius in Jure fit, usumfructum intelligo. Quod etiam ex Nov. Leonis 106. potest elucidari; quamvis enim hae Novellae authoritatem non habeant, attamen observantiam, sub usu usumfructum hic intelligendum fuisse commonstrant.

y) Dominium ergo hujus quartae vel virilis, non pertinet ad liberos omnes paternos, sed tantum ad eos, qui sunt ex nuptiis personae usufructu gaudentis: & sic omnes quidem paterni veniunt in computum ad determinandam portionem, non vero ad aquirendum suo tempore dominium; Liberi autem, quos uxor forsan habuit ex alio antecedenti matrimonio, in considerationem non veniunt.

lier filios ex eo non habuerit: Jubemus etiam dominii z) jure habere eam res, quas ex viri facultatibus ad eam venire per praesentem jussimus legem. Quae tamen irrationabiliter exclusa est, in ipso tempore expulsionis a) partem jubemus accipere, quae continetur hac lege. Virum enim *in talibus casibus* quartam, *secundum priorem nostram legem*, ex substantia mulieris accipere, modis omnibus prohibemus. b)

z) Et sic dominium, quod habuissent uxoris liberi, in uxorem ipsam transit.

a) Hic extenditur lex etiam ad causam divortii injusti, & uxoris innocentis respectu temporis solutionis.

b) Quamvis ergo antea haec Jura fuerint reciproca inter virum & uxorem, hoc tamen hic sublatum cernimus.

Conf. Rittershus. ad Nov. P. 7. C. 17. n. 9. Neque me in contrarium movet dissentientium * authoritas, utpote quae Legi expressae cedit; neque me eorum rationes convincunt, nam dum 1) Arg. L. ult. C. de indict. viduit. volunt, quod successio conjugum debeat esse mutua: 2) iniquum sit eum videre egentem, quem prius habuit in conjugem. 3) Vi Nov. 53. C. 6. in fin. omnibus modis inopiam conjugis per alterius divitias esse sublevandam. Ac denique 4) Nov. 117. Cap. 5. in fin. loqui tantum de causa repudii injuste missi. Ad haec facillima est responsio: Nam ad 1) verum hoc est in regula, ubi autem legislator speciale quid per modum beneficii constituit, applicari hoc non debet: hoc autem indultum fuisse ad sup-

pli-

Concl. XIII. Succeſſio haec uxoris inopis civilis eſt, non praetoria; non enim ex edicto Praetoris, ſed ex Conſtitutione Novella oritur.

Co-

---

plicationes mulierum aperte demonſtrat. Nov. 74. Cap. 5. in pr. Ad 2) durum hoc equidem eſt, ſed ipſe maritus, qui ut inops nubit, nec donationem ſibi conſtituere poteſt, in culpa & damnatione eſt; neque mulieri virum, bene tamen viro uxorem alere incumbit. Taceo, quod reſpectu viri rara ſit tanta inopia, ut ſe ipſum alere nequeat. Neque habet, quod conqueratur mortuus ſuperſtes, cum ei per L. 3. de bonis maternis, de qua ſupra §. XI. actum, abunde ſit proſpectum. Ad 3) Nov. 53. quod attinet, ea ſemel abrogata, ad illam illiusve rationem provocare contra regulas ſanae hermeneuticae impingit. Ad 4) Novellae ſane 117. vis infertur, eam hoc modo explicando. Imperator duos in nova lege enumerat caſus, in quibus quarta, vel portio virilis locum habeat; Primus eſt de indotata conjuge ſuperſtite; regulam hic datam applicat ad caſum ſecundum divortii injuſti, & ultimo addit:

„ Virum enim in talibus caſibus, quartam ſecun-
„ dum priorem noſtram legem ex ſubſtantia mulieris
„ accipere modis omnibus prohibemus.

Quis quaeſo Grammatices ignarum non accuſaret Justinianum, ſi diceret talibus caſibus, & intelligeret tantum unicum: Taceo, quod Justinianus mentionem legis prioris faciat, qua dederat Jus hoc etiam marito, petendi quartam, quam vult abrogare, & quae non alia eſt, quam Nov. 53. C. 6. ubi utriusque

caſus

Coroll. Nequaquam ergo cancellis 100. dierum est circumsepta, sed adinstar successionis civilis per 30. annos peti potest.

Concl. XIV. Portio haec est quantitas ex bonis defuncti danda a Legibus determinata. Inde etiam debetur viduae, testamento licet extante, & actio suppletoria locum habet. *c*)

Coroll. Legata vero aut aliunde ex testamento ei obvenientia uxor conferre debet.

Coroll. Dotem tamen utpote suam & quae, ut in casu supponi debet, est modica, non confert. *d*)

Concl. XV. Uxor succedere volens debet esse legitima. *e*)

casus est data decisio: Non video ergo, cur casus dividamus, quos JUSTINIANUS conjunxit. **

* KOHL. de success. conjug. P. 2. N. 70. GAIL. L. 2 obs. 98. STRYKIUS in usu Mod. ad Tit. Unde vir. §. 6 Idem Differt. de success. ab intest. IV. C. 1. §. 42. BRUNEM. ad Auth. Praeterea.

** Hanc nostram sententiam etiam defendit Sim. Pet. GASSER in Differt. de Lucro dotis in pactis nuptialibus concesso. §. 6. praxin tamen contrariam esse asserens.

c) Auth. Praeterea. C. Unde vir. inde & Jure retentionis gaudebit; neutiquam tamen actione revocatoria; cum Jus ejus demum per mortem oriatur, in alienatis autem ante mortem jus non habuerit.

d) Nov. 53. Cap. 6. §. 1. Ratio differentiae facile in eo datur, quia legatum procedit ex intentione, & dono testatoris, non vero dos.

(*e* Confer. ea, quae supra Concl. II. dicta sunt.

Concl. XVI. Si adſint plures quam tres liberi, tunc pro eorum numero portio imminuitur; quod etiam obtinet, ſi liberorum, id eſt filiorum filiarumque locum ſubeant nepotes, computando tamen ſemper ſtirpes, non capita. *f*)

Concl. XVII. Si non adſint liberi, ſed tantum aſcendentes & cognati, ad viduam proprietas ſuae portionis pertinebit. *g*)

Concl. XVIII. Qualitas & quantitas hujus ſucceſſionis determinanda eſt tempore mortis mariti. *h*)

Coroll. Etſi ergo liberorum numerus poſt mortem ante aditam ab uxore haereditatem, minuatur, aut omnes fato pereant, tamen computus & Dominii aut uſusfructus ratio habetur ex tempore mortis.

Co-

---

f) Jure Repraeſentationis enim ſemel introducto & illud hic obtinere debebit; Conf. Auth. Ut liceat Matri & aviae §. Quod autem. verſ. Deſcendentibus. Ex quo textu & concludere licet, quod, quamvis filiorum tantum fiat mentio, id ipſum tamen & de filiabus procedat: ſexus etenim differentia per Nov. 118. eſt ſublata.

g) Solis enim liberis proprietas eſt ſervata in Nov. 117. C. 5. In reliquo autem Aſcendentes & Cognati juxta Nov. 118. ſuccedent.

h) In Nov. 117. dicitur liberos ad paternam vocari haereditatem: liberi autem ipſo Jure haeredes ſunt & in ipſo momento mortis, ergo hoc tempus erit inſpiciendum.

Coroll. Portio ergo deficiens liberorum non accrefcet uxori, fed liberis aut cognatis.

Concl. XIX. Uxor pro fua portione onera haereditaria ferre tenetur. *i*)

Concl. XX. Ex parte viduae fuccedere volentis requiritur inopia: & ex parte conjugis defuncti haereditas fufficiens. *k*)

Schol. Inops dicenda eft uxor, quae ftatui fuo convenienter & honefte fe fuftentare non poteft, quod arbitrio Judicis determinandum relinquitur.

Conf. Si ergo uxor aliunde habeat, unde vivat honefte, haec fucceffio non obtinet.

Conf. Etfi habeat dotem, modicam tamen, nihilominus fuccedet, neque dotem hanc minutam conferet. *l*)

Schol. Cumque in hac fucceffione infpiciatur tempus mortis, fufficiet inopia tempore mortis exiftens, licet poftea forfan aliunde fublevata.

Concl. XXI. Haec fucceffio viduae locum non

 ha-

i) Non eft enim haereditas, nifi deducto aere alieno, & hoc expreffe continetur in Nov. 53. C. 6. §. 1.

k) Nov. 117. C. 5.

l) Dum enim in Novella 53. §. 1. dicitur, quod uxor ea, quae fua funt, repetat, additur, eam tamen pro Rata fuae portionis juxta hanc legem creditoribus fuccedere; ergo aperte innuit; dotem, quae uxoris eft propria, non conferri, & illam fuccedere.

habet, 1) in bonis feudalibus. m) 2) Si possit & velit succedere ex Edicto Praetoris Unde vir: utpote quae successio est multo pinguior. 3) Quando uxor se reddidit indignam: v. g. nubendo intra annum luctus, culpam mortis committendo &c. de quo supra Concl. III. & IV. 4) Si per statuta, vel apud nos n) per pacta aliter sit ordinatum.

SECTIO III.

DE SUCCESSIONE CONJUGUM GERMANICA.

§. XIV.

Antequam Historiam successionis conjugum pertexam, non inutile erit Ideam communionis bonorum utpote Fundamentum successionis conjugum Germaniae hic proponere; & generalem a speciali, quas Authores communiter confundunt, discernere. Est autem notio *Communionis Universalis* ista: quod sit Jus, quo omnia bona tam praesentia, quam futura, dummodo sint alienabilia, per matrimonium ita fiunt communia, ut constante matrimonio pro indiviso

m) I. Feud. 15. item II. feud. 8. §. 2. ubi redditur ratio, quod, quamvis possessio feudi sit penes vasallum, proprietas tamen spectet ad alium. Succedet tamen in fructibus feudalibus, utpote ad allodium pertinentibus.

n) De Jure enim Romano pacta de futura haereditate non valuisse notum est. L. 25. C. de pact. L. Haeredi. C. de pact. conv. FACHIN L. 5. Contr. Jur. Cap. 87.

viſo poſſideantur, ſoluto autem unius morte matrimonio dominium remaneat plenarium penes ſuperſtitem.

Coroll. 1. Non ergo hic inter bona, aut Aquaeſtum diſtinguitur, cum Aquaeſtus ad bona ſpectet futura.

Coroll. 2. Conjux ergo ſuperſtes hic ſtricte loquendo non dicitur ſuccedere, ſed tantum dominium & poſſeſſionem, quae prius erant communia, jam ſolitarie continuare.

Schol. Talis communio videtur floruiſſe in Germania, ubi Jus Saxonicum & Suevicum vigebat. o)

---

o) Jus Prov. Sax. Lib. I. Art. 31.

Mann und Weib haben nicht gezweyet Gut zu ihrem Leben.

Jus Prov. Suev. Cap. 46. **Mann und Weib mögend nicht gehaben Gut gezweyet**, & Cap. XXXIV. **Stirbt einer Frauen ihr Mann: Sie bleibet in des Manns Gut ungetheilt mit ihren Kinderen.** Eodem vel ſaltem non multum diſſimili Jure utebantur olim, & partim adhuc hodie Sleſvicenſes, Holſati, Mindenſes, Clivenſes, Marcani, Ravenſpergenſes, Bremenſes, Thuringi, Salzenſes, Sangerhuſani, Anhaltini in Marchia Pomerana, Terris Meklenburgicis, in Ducatu Würtenbergico, Civitatibus Baſileenſi & Schafhuſana, Principatu Bambergenſi, Francia noſtra Orientali, nec non Norimbergae. Vid. Heinecc. Element. Juris Germ. L. I. Tit. 12. §. 274. & ſeqq. & ibi Authores allegati.

§. XV.

Communionem generalem appello, ubi quaedam bona quidem fiunt communia, Aquaeſtus tamen omnis ita eſt communis, ut ſoluto matrimonio ſuperſtes vel totum, vel certam ex eo retineat quantitatem.]

Coroll. Neque hic ergo erit vera ſucceſſio, ſed potius aliqua bonorum retentio.

Schol. Talis communio viguit apud Gallos, *p*) Wiſigothos, *q*) Francos, *r*) antiquos Saxones. *s*)

§. XVI.

---

p) Caesar Lib. VI. de Bell. Gall. Cap. 19.

Viri, quantas pecunias ab uxoribus dotis nomine acceperunt, tantas ex ſuis bonis, aeſtimatione facta, cum dotibus communicant. Hujus omnis pecuniae conjunctim ratio habetur, fructusque ſervantur. Uter eorum vita ſuperarit, ad eum pars utriusque, cum fructibus ſuperiorum temporum pervenit.

q) LL. Wiſigoth. Lib. IV. Tit. 2. §. 16.

Dum cujuscunque dignitatis aut mediocritatis mariti perſona & uxoris fuerit nobiliter & competenter adjuncta, & pariter viventes aliquid augmentaverint, vel in quibuscunque rebus quidquam profligaſſe viſi fuerint, atque perveniat (lege: per id eveniat) ut nunc ex his majoris rei & facultatis Dominus ſit: De omnibus augmentis aut profligationibus, pariter conquiſitis, tantam partem unusquisque obtineat, quantam ejus facultatem fuiſſe, omnibus modis ſibi debita vel habita poſſeſſio manifeſtat.

Quod vero maritus aut de extraneorum lucris, aut in

§. XVI.

Communionem denique *particularem* illam[f] adpello, ubi bona communia non fiunt, bene tamen Aquaestus pro certa parte ad superstitem pertinet.

Schol. Haec certo modo observatur in Franconia nostra, ut infra Sect. IV. patebit.

§. XVII.

---

in expeditione publica, adquisivit, aut de Principis, aut patroni atque amicorum collatione promeruerit, filii vel haeredes ejus ad integrum vindicabunt, aut quod exinde voluerit judicare, licenter illi erit plenam potestatem habere. Similis & in mulieribus conditio erit, si quorumcunque munere videantur aliquid percepisse.

r) Lex Ripuar. Tit. XXXVII. §. II. Si maritus uxori per seriem scripturarum nihil contulerit, si virum supervixerit. L. solidos in dotem recipiat, & tertiam partem de omni re, quam simul conlaboraverint, sibi studeat evindicare.

Capit. CAROLI M. & LUD. PII Lib. IV. §. IX. Volumus, ut uxores Defunctorum post obitum maritorum tertiam partem conlaborationis, quam simul in beneficio conlaboraverunt, capiant, & de his rebus, quas is, qui illud beneficium habuit, aliunde adduxit, vel comparavit, vel ei ab amicis suis collatum est, has volumus tam ad orphanos defunctorum, quam ad uxores eorum pervenire.

s) Lex Saxon. Tit. VIII. De eo, quod vir & mulier simul conquisierint, mulier mediam portionem accipiat. Hoc apud Westphalaos, apud Ostphalaos & Angrarios, nihil accipiat, sed contenta sit dote sua.

§. XVII.

Praemonenda haec duxi, ne, dum varii Authores has communiones confundunt, & successionem conjugum inde deducunt, in illud vitium cum illis incidam, & argumento a particulari ad universale, successionem conjugum in Germania esse universalem, concludam. Agmen inter illos ducit Petrus Ludewig, qui sic ait: *t*)

„ Germanorum vero institutis inter conjuges „ bonorum communio est legitima, non solum illa- „ torum, sed etiam aquisitorum ex quaestu, ut adeo „ altero conjuge demortua, omne patrimonium & „ haereditas sive extiterint liberi, sive minus, ad su- „ perstitem solum devoluta esse videatur.

§. XVIII.

Fundamentum hujus asserti potissimum ponit in eo, quod Germani ad hanc communionem universalem introducendam habuerint rationes sufficientes, & ex his demum leges fuerint exortae, quae cum inter se conspirent, hinc communionem legitimam & universalem appellat. Rationes quod attinet, ex Tacito, Strbone, Diodoro & Varrone probat, 1) uxores germanas, non prout in Latio otiosas, sed assiduas, laboriosas & periculorum socias fuisse. 2) Refert divortia apud Germanos extitisse rarissima. 3) Insidias vitae struere, fuisse quid inauditum. 4) Matrum

t) In Diss. De successione Conjugum & Dissort. Liberorum in append. Diss. 2.

trum poteſtatem in liberos vix non eandem fuiſſe, quae patrum: Neque 5) ob infrequentiam ſecundarum nuptiarum liberos habuiſſe, unde ſuſpicentur, ſe laedendos: Et ex his concludit:

„ Quae omnia ſi cum moribus veteris praeci-
„ pue Latii contuleris, illud facile patebit, bono-
„ rum communionem inter conjuges Romano Jure
„ fuiſſe inconcinnam: quae inſtitutis Germanorum
„ fuit commendatiſſima.

Producit deinde leges quasdam Germanicas, in ſpecie Bambergenſes, & Wirceburgenſes, Speculum Suevicum, Jus Prov. Würtembergicum, Statuta Hallenſia, Arnſtadienſia &c. Speculum Saxonicum, Statuta Weſtphalicarum urbium, Jura Slavica, & Brandeburgica, nec non Belgica; & ex horum Jurium conſenſu infert:

„ Ex his, quae dixi, omnino intelligi cum cau-
„ ſae poſſunt, tum veritas ipſa, in Germania Con-
„ juges bonorum coluiſſe communionem. Conſenſio
„ enim omnium Provinciarum pro voce haberi debet
„ ipſius Imperii Germanici: licet mores aliqui in
„ hoc Jure migraverint. Id quod factum eſſe ſcio
„ vel ex legum Romanarum nimio cultu, vel ex
„ ignoratis Germaniae & Latii conjugum liberorum-
„ que differentiis. „ Addit:

„ Quodſi vel viduus, vel vidua ad ſecunda vota
„ iverint, tum demum provide apud Germanos eſt
„ conſtitutum, ut liberi ſegregentur de familia pa-

„ rentis,

„ rentis, non omni facultate nudi & pauperes, ve-
„ rum certa parte instructi bonorum.

§. XIX.

Aperte hic Ludewigius communionum species inter se confundit, & sic vitium argumenti particularis ad universale committit: Maneant omnes a Ludwigio relatae rationes suo in valore, exinde quidem ad introducendam aliquam communionem ratio datur sufficiens; sed quod universalis introducta sit per leges, vel consuetudinem universalem, hoc nunquam, & eo minus probabit, cum Statuta & leges ab eo excitatae ratione hujus communionis, ut supra vidimus, sint inter se diversissimae, & paucissimae communionem universalem bonorum probent. *u)*

§. XX.

---

u) Confer. Aemil. Ludov. Homberck zu Vach Dissert. de commun. bonorum inter conjuges nobiles atque illustres per Germaniam exule. Recte ergo scribit Fried. Boutterweck in Commentat. De fundamento Successionis Germanicae. G ött. 1786. 4. §. 17.

„ Referenda huc maxime ea, quae ex communione bonorum inter conjuges orta est Successio, si Successio dici potest a superstite Conjuge condominii cum Liberis facta continuatio, vel in dominium solitarium transformatio. Quae tamen tantum abest, ut ex principiis supra a nobis expositis descenderit, ut abhorreat plane a Successionis in bonis avitis jure. * Scilicet qui fieri possit, ut, quae nec filiabus habere fas

erat,

§. XX.

Ad ſcopum autem ut revertar, de communione bonorum inter conjuges in Germania duce quidem non tamen dictatore Heineccio formabo Concluſiones.

Concl. I. Introducto & per LL. Imperii ſemel recepto Jure Romano in Germania noſtra non praeſumitur pro communione bonorum inter conjuges; *x*) utpote Juri Juſtinianaeo ignota.

Concl. II. Communio bonorum univerſalis in iis locis, ubi adhuc obtinet, matrimonio demum completo naſcitur.

